

Plautus

Hildebrand

NTWF

Titus Maccius Plautus

Menaechmi

M. A. PLAUTI

MENÆCHMEI

CUM NOTIS

AC

GLOSSARIO

AD TEXTUM PRÆCIPUE BOTHEI.

EDIDIT

JACOBUS HILDYARD, A. M.

COLL. CHRISTI SOCIUS.

CANTABRIGIÆ:

TYPIS ET SUMTIBUS ACADEMICIS

EXCUDIT JOANNES SMITH.

VENEUNT APUD J. ET J. J. DEIGHTON, ET T. STEVENSON, CANTABRIGIÆ;
J. H. PARKER, OXON; WHITTAKER ET SOC. LONDINI.

M.DCCC.XXXVI.

PRÆFATIO.

QUEM cultissimus Noctium Atticarum auctor 'Hominem linguæ atque elegantiæ in verbis Latinæ Principem'* nominaverit, quem totius antiquitatis consensus uno ore laudaverit, haud nostro sane indiget præconio quo se facilius Lectori Benevolo commendet. Igitur de PLAUTO silebit hæc Præfatio, quippe cui ne ipsa quidem Invidia

"Detrahere ausit
Hærentem capiti multa cum laude coronam."

Restat altera, eademque longe durior provincia, ut hos meos labores venditare, vel potius excusare coner.

Id igitur in hac editione curanda consilium habui, ut Plautinæ aliquando fabulæ prodirent ad exemplum illud concinnatæ, quod olim in Æschyli fabulis edendis Vir celeberrimus, C. J. Blomfield, summo cum ingenio, summo acumine præbuerit. Hunc ducem auspicemque, pace Viri Doctissimi, ad operas meas quantulascunque assumpsi; risum nimirum vel invidiam, nec injuria,

* Aul. Gell. Lib. VII. c. 17.

moturus, quasi Tanti Auctoris nomine hac mente usus viderer, quo facilius nugas meas extruderem. Æquior, credo, Lector judicabit, me, in hoc opere suscipiendo, sicut Exemplar meum ullo modo consequi posse desperarem, ita, dum hujus vestigiis, quamvis nec æquis passibus, et longissimo intervallo, insistere conatus sim, id mihi promisisse, me quoque aliquantulum juventuti studiosæ auxilii hoc pacto allaturum. Habet enim et Plautus, non illas quidem Æschyleas, sed suas haud perexiguas difficultates; habet et hic nonnihil 'salebrosi, ex linguæ insolentia'* oriundum; habet 'vocabula ex ultima antiquitate repetita, multasque dictiones ac formulas loquendi, quas frustra alibi quæras.' Itaque ad hæc complananda summam adhibui diligentiam: idque in glossario præcipue exarando mihi propositum fuit, ut suum quasi commentariolum Plautus ipse, ubi fieri posset, præberet, exemplis nimirum hinc illinc ex reliquis ejus fabulis ad hanc nostram illustrandam congestis. Ad quod opus efficiendum, Parei Lexicon, et Gronovii Lectiones Plautinas, summa habui adjumenta. In Notis conscribendis Lambinum in primis secutus sum, et huc aliorum quoque observationes, si quid legentibus profuturum duxerim, passim adjeci, quibus meas denique annotationes hic illic intertexui.

* Vide Blomfieldi Præfat. ad Æsch. Prom.

De Metris breviter quædam singulis paginis subjeci, qua in re si qui plura velint, adeant priorem Bothei editionem, Berolini 1809; qui quidem V.D., et præcipue quod ad Metra attinet, optime de Plauto, optime de eruditis omnibus meritus est. Hujus quoque textum magna ex parte exhibui, neque inde sum unquam nisi re multum perpensa evagatus. Sed cum infiniti pene operis fuerit discrepantes tot Codicum Librorumque lectiones conferre, ita supra hominem esset, si nullo loco aut per temeritatem, aut, quod "fas opere in longo est," per incuriam lapsus esset. Duobus itaque, sed et his, ut in labore multiplici, ignoscendis, erroribus nonnunquam peccasse mihi visus est; nempe quod absque justa satis causa aliquoties ab editionibus vulgatis Scriptisque nimis longe recesserit; tum quod non semel, quæ ipse olim melius ediderit, nunc per nimiam inconstantiam temere immutaverit. Ob has causas quem hodie textum protuli, partim ad priorem Bothei editionem supra memoratam, partim ad alteram, Lipsiæ 1821, accommodavi: nonnunquam vero ab utraque discessi, et lectionem vel a Vulgatis, vel Mss. vel semel bisve fortasse a conjecturis petivi.

Paucos, spero, post menses prodibit, iisdem curis instructa, alia ex Nostri fabulis; ad quod opus me haud invitus accingam, si interea ex his

primis meis laboribus vel minimum fructus literarum amantes acceperint. In horum benignitatem meque Plautumque commendo, id tamen vehementer deprecans, ne, si quid ego deliraverim, suavissimus omnium Poeta ob culpam meam plectatur; sed qualiscunque de me Literatorum exstiterit sententia, hunc haud secius benevolentia prosequantur, hunc ament, hunc laudent, hunc foris admirentur, colant domi.

Quod si ad reductum usque adhuc abditumque purissimæ Latinitatis fontem hauriendum juventutem nostram allicere vel pauxillulum valuerim, neque me operam omnem oleumve perdidisse reputabo; neque Preli Academici Syndicos liberalitatis suæ indulgentiæque, qua hujus libelli tutelam in se susceperint, omnino fortasse pœnitebit.

J. Alex. Nixon.

M. A. PLAUTI

MENÆCHMEI.


ARGUMENTUM

(UT QUIBUSDAM VIDETUR,)

PRISCIANI.

M ERCATOR Siculus, cui erant gemini filii,
E i, subrepto altero, mors obtigit.
N omen subreptiti indit illi, qui domi est,
A vus paternus, facit Menæchmum Sosiclem;
E t is germanum, postquam adolevit, quæritat
C ircum omnes oras; post Epidamnum devenit;
(H uc fuerat ductus ille subreptitius):
M enæchmum civem credunt omnes advenam,
E umque adpellant meretrix, uxor, et socer.
I bi se cognoscunt fratres postremo invicem.

v. 2. *Subreptod.* Ultima syllaba non eliditur. 4. *Paternu'.* 7. Ita B: ex conjectura Acidalii. Vulg. *Hic f. auctus.*



ALIUD ARGUMENTUM

CAMERARII.

Hujus argumentum fabulæ venustum est, et varietate quadam delectabile, quæ de similitudine nascitur geminorum fratrum. Nam Syracusanus quidam, cum ex sua uxore geminos suscepisset liberos, inter se simillimos; et unum ex his abductum secum ad mercatum amisisset: alter non desistendum putavit, dum requisitum illum inveniret. Venit tandem *Epidamnum*, quæ Illyriæ urbs *Dyrrachium* à Romanis appellata fuit. Ibi et ab amica, et uxore, et socero fratris appellatur, quasi ille ipse esset. Tandem post multiplices ludificationes, et nonnullas turbas, agnoscitur uterque à servo: et re palam facta, servus libertate donatur.

DRAMATIS PERSONÆ.

PENICULUS, Parasitus.

MENÆCHMUS, Subreptus.

MENÆCHMUS SOSICLES, Geminus hujus frater.

EROTIUM, Meretrix.

CYLINDRUS, Coquus.

MULIER, Menæchmi subrepti uxor.

MESSENIO, Menæchmi sosiclis servus.

ANCILLA, Erotii servula.

SENEX, Menæchmi subrepti socer.

MEDICUS.

LORARII.

PROLOGUS.

SALUTEM primum jam a principio propitiam
Mihi atque vobis, spectatores, nuntio.
Adporto vobis Plautum lingua, non manu:
Quæso, ut benignis accipiatis auribus.
Nunc argumentum accipite atque animum advortite.
Quam potero in verba conferam paucissuma.
Atque hoc poetæ faciunt in comœdiis:
Omnis res gestas esse Athenis autumant:
Quo græcum vobis illud videatur magis;
Ego nusquam dicam, nisi, ubi factum dicitur.
Atque adeo hoc argumentum græcissat; tamen

vv. 1.—76. Iamb. Trim.

3. *Adporto.*] Cum verbo usus sit quod proprie est onera gestantium, ne quis aliter quam res erat accipiat, subjicit *lingua,* (h. e. fabulam Plautinam,) *non manu,* (non hominem ipsum) vobis adporto.

6. *Quam potero,* etc.] 'I will be as brief as I can.' Conferam (argumentum) in verba quam potero paucissuma.

8. *Omnis res,* etc.] Plerisque Comicis ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος fingitur esse Athenis. SCHM.

9. *Græcum illud.*] Scilicet, argumentum. Expectaveris, *Græcæ illæ,* (nempe Comœdiæ.)

10. *Nusquam dicam.*] Repete a seqq. *factum.*

11. *Hoc argumentum græcissat.*] Partes quidem fabulæ agunt Græci, non tamen Athenienses, nec res Athenis gestæ sunt; sed Menæchmi sunt Siculi, Syracusis nati, quæ urbs a Corinthiis erat condita, in omnique Sicilia lingua Græca usitatior fere erat quam Siculorum vernacula. SCHM. Quantum autem Sicula lingua ab Attica distaret optime discas ex Bentleio Phalar. §. XII. Apuleius (apud Lamb.) *trilingues* Siculos appellat, ut sermone usos ex vernacula, et

Non Atticissat, verum Sicilicissitat.
Huic argumento antelogium hoc fuit;
Nunc argumentum vobis demensum dabo,
Non modio, neque trimodio, verum ipso horreo:
Tantum ad narrandum nostra adest benignitas.
 Mercator quidam fuit Syracusis senex;
Eji sunt nati filii gemini duo,
Ita forma simili pueri, ut mater sua
Non internosse posset, quæ mammam dabat;
Neque adeo mater ipsa, quæ illos pepererat;
Ut quidem ille dixit mihi, qui pueros viderat:
Ego illos non vidi, ne quis vostrum censeat.
Postquam jam pueri septuennes sunt, pater
Oneravit navim magnam multis mercibus:
Inponit alterum geminum in navim pater,
Tarentum avexit secum ad mercatum simul;

v. 13. *Argumento* et *antelogium* non eliduntur. 17. *Fuit*, Monosyll. 19. *Puerid.* 22, 23. *Ille*, et *Illos*, prior syll. corrip. [Infra 46.]

Græca, et Latina conflato. Cæterum fuit hic versus argumento cur nonnulli suspicarentur hanc fabulam ex Epicharmo traduxisse Plautum; cum ait Horat. Ep. II. I. 58.

"Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi."

14. *Demensum.*] Sumitur metaphora, ridiculi causa, a servorum *demenso frumenti*, quod, secundum Donat. in Ter. [cit. ap. Gloss.] erat quatuor modii in singulos menses; *quinque* autem dicunt, Plin. XVIII. 9. Senec. Ep. 80.

15. *Ipso horreo.*] H. e. Abundantissime vobis admetiar; (translatio sumta a mensuris aridorum;) sic ut ordinarius modus admetiendi, qui est per modios, superetur, et per horrea computetur, quod instar frumenti demensum datur. Gron. *Lectiones Plautinæ.* p. 204.

23. *Ne quis vostrum censeat.*] Illos scilicet me vidisse.

26. *Alterum geminum.*] Menæchmum.

— *Inponit in navim.*] Græce, ἐμβιβάζει εἰς τὴν ναῦν. Lamb.

Illum reliquit alterum apud matrem domi.
Tarenti forte ludi erant, quom illuc venit;
Mortales multi, ut ad ludos, convenerant:
Puer aberravit inter homines a patre.
Epidamniensis quidam ibi mercator fuit;
Is puerum tollit avehitque Epidamnium.
Pater ejus autem, postquam puerum perdidit,
Animum despondit; eaque is ægritudine
Paucis diebus post Tarenti emortuost.
Postquam Syracusas de ea re nuntius
Redit ad avom, puerorum subreptum alterum,
Patremque pueri esse Tarenti emortuom,
Inmutat nomen huic avos gemino alteri;
Ita illum dilexit, qui subreptust, alterum:
Illius nomen indit illi, qui domi est,
Menæchmo item, quod alteri nomen fuit,
Et ipsus eodem est avos vocatus nomine.
Propterea illius nomen memini facilius,
Quia illum clamore vidi flagitarier,

v. 33. Acidal. conj. *In Epidamnumque avehit.* [Sed nihil mutandum. Vide in Gloss.] 39. *Puerid esse.* Ordinem verborum transposui, ne cum B. versum pro suppositito uncinis includerem. 44. *Avo'*, litera *s* elisa. 46. *Illum,* prior syll. corrip.

28. *Alterum.*] Sosiclem; Qui postea Menæchmus Sosicles appellatur, v. 43. infra.

40. *Gemino alteri.*] Sosicli, qui domi apud matrem relictus est, v. 28. supra.

46. *Vidi flagitarier.*] Audivi per præcones inquiri an quispiam puerum amissum viderit, aut indicium aliquod de illo dare poterit: 'I saw him cried:' (Nam *Vidi* ad *rem ipsam* transferendum, loquendi more haud inusitato.) Rursus autem alluditur ad morem istum res amissas per præconem flagitandi, Merc. 655. sqq.

"Certum est præconum jubere jam quantum est conducier,
Qui illam investigent, qui inveniant."

Vide in Gloss.

Ne mox erretis, jam nunc prædico prius,
Idem est ambobus nomen geminis fratribus.
Nunc in Epidamnum pedibus redeundum est mihi,
Ut hanc rem vobis examussim disputem.
Si quis quid vostrum Epidamnum curari sibi
Velit, is audacter imperato et dicito;
Sed ita ut det, unde curari id possit sibi:
Nam nisi qui argentum dederit, nugas egerit,
Qui dederit, mage majores nugas egerit.
Verum illuc redeo unde abii, atque uno adsto in loco.
Epidamniensis illic, quem dudum dixeram,
Geminum illum puerum qui subripuit alterum,
Ei liberorum, nisi divitiæ, nihil erat:

v. 57. *Illic*, prior syll. corripitur. [Vid. supra v. 46.]

47. *Ne mox erretis.*] Sic in Amph. Prol. 142, cautum est ut spectatores verum et falsum Sosiam internosse possent.

49. *Pedibus.*] Ambigue dictum. Vid. in Gloss. et conf. Pœnul. Prol. 80. sqq.

" Revortor rursus denuo Carthaginem.
Si quid mandare voltis aut curarier...."

51. *Epidamnum curari.*] Accusativo *Epidamnum* usus est, (non *Epidamno*,) quia motus *ad* eum locum significatur. Nos dicimus, 'If any of you have any commission *to* Epidamnum.'

53. *Ita ut det unde.*] Sed hac lege atque conditione, ut *nummos* mihi det, quibus id quod vult curari sibi possit.

55. *Mage majores*, etc.] Quia mihi tam stulte pecuniam dederit, nullum negotium ejus curaturo. LAMB.

56. *Illuc redeo, unde abii.*] Confert Lambinus, Hor. Sat. I. I. 108. " Illuc, unde abii, redeo." Vide etiam infra 519-20.

59. *Ei.*] Anacoluthon; cum præcesserit *Epidamniensis illic* recto casu. Sic Argument. huj. fab. init.

" *Mercator Siculus* ———
——— *Ei* mors obtigit."

et infra 64-65.

Hoc melius quam ut nominativum *Epidamniensis* referas ad seqq. *adoptat*, &c. et dativum *ei* (pro *quia* ei) per parenthesin accipias. Nam recte Lamb. ait, " Plautinum

Adoptat illum puerum subreptitium
Sibi filium, eique uxorem dotatam dedit,
Eumque heredem fecit, quom ipse obiit diem:
Nam rus ut ibat forte, ut multum pluverat,
Ingressus fluvium rapidum ab urbe haud longule,
Rapidus raptori pueri subduxit pedes,
Abstraxitque hominem in maxumam malam crucem:
Illi divitiæ evenerunt maxumæ.
Is illic habitat geminus subreptitius.
Nunc ille geminus, qui Syracusis habet,
Hodie in Epidamnum venit cum servo suo,
Hunc quæritatum geminum germanum suom.
Hæc urbs Epidamnus est, dum hæc agitur fabula:
Quando alia agetur, aliud fiet oppidum;
Sicut familiæ quoque solent mutarier:
Modo hic adstat leno, modo adulescens, modo senex,
Pauper, mendicus, rex, parasitus, hariolus.

v. 67. *Divitiæ*. Ult. syll. non eliditur. Bothe ex conject. legit, Illo *illi divitiæ*, etc.

hoc est, et Comicum; hac enim negligentia imitatur sermonem quotidianum, quo maxime comœdia utitur."

60. *Subreptitium*] Quem ipse surripuerat. [v. 32. supra.] Confer Pœnul. 772. sqq.

" Inde subreptus fere sexennis; postibi
Qui eum subripuit, huc devexit meoque hero vendidit;
Is in divitias adoptavit, diem quom obiit suum."

64. *Ingressus*, etc.] De constructione vide supra v. 58.

65. *Subduxit pedes.*] 'Took him off his feet.' Ludit in paronomasia *rapidus raptori*, ut infra v. 29. *Domi domitus.*

66. *In maxumam malam crucem.*] 'Carried him off to destruction.' Locutio Comica, pro *in exitium*, vel in infelicem mortem abripuit. Infra 242.

75. *Leno, senex,...parasitus.*] Hæ sunt præcipuæ in comœdiâ partes, ob eamque causam simul cum aliis numerat etiam Terentius, Prol. in Heaut. 37.

" Servos currens, iratus senex,
Edax parasitus, sycophanta autem impudens,
Avarus leno."

ACT. I. SCENA I.

PENICULUS.

JUVENTUS nomen fecit Peniculo mihi
Ideo, quia mensam, quando edo, detergeo.
Homines captivos qui catenis vinciunt,
Et qui fugitivis servis indunt conpedes,
Nimis stulte faciunt mea quidem sententia:
Namque homini misero si ad malum accedit malum,
Major lubido est fugere et facere nequiter:
Nam se ex catenis eximunt aliquo modo;
Tum conpediti anum lima proterunt,

vv. 1—33. Iamb. Trim. 5. *Nimis*, (Nimi'.) [Infra 18.] *Mea* monosyllabice pronuntiandum. [Infra 117. 119.] 9. *Conpediti*. ultima syllaba non eliditur. Pro *anum* V. *januam*.

1. *Peniculo.*] 'The young men nick-named me SPONGE.' Captiv. in init.

"Juventus nomen indidit scorto mihi."

2. *Mensam detergeo.*] Hoc est, detergeo mensam tanquam *peniculus;* singula nimirum quæ apposita sint voraciter comedendo. Perpetuus apud Comicos jocus in edacitatem parasitorum; [Confer Ter. Eun. Prol. 38. Heaut. Prol. 38.] quos propterea *Edaces* nominat Horat. Ep. II. I. 173. Vide infra 140. Citat Lambinus Epid. 301.

—— "Metuo, si senex resciverit,
Ne ulmos *parasitos* faciat, quæ usque attondeant."

h. e. ne virgæ ulmeæ tergum meum, tanquam parasiti mensam, attondeant, seu detergeant.

5. *Nimis stulte,* etc.] Confer gemellam sententiam apud Ter. Adelph. I. 1. 40—48.

"Et errat longe, mea quidem sententia,
Qui imperium credat gravius esse aut stabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur." et sqq.

6. *Ad malum accedit malum.*] Intell. Si præter id mali, quod captivus aut servus est, accedit illud etiam, quod catenis aut compedibus vinciatur, haud mirum est si quem conditionis tam iniquæ pœniteat, et magis magisque aufugere studeat.

Aut lapide excutiunt clavom. Nugæ sunt eæ.
Quem tu adservare recte, ne aufugiat, voles,
Esca atque potione vinciri decet.
Apud mensam plenam homini rostrum deliges!
Dum tu illi quod edit et quod potet præbeas
Suo arbitratu et adfatim cotidie,
Nunquam edepol fugiet, tametsi capital fecerit;
Facile adservabis, dum eo vinclo vincies:
Ita istæc nimis lenta vincla sunt escaria;
Quam magis extendas, tanto adstringunt artius.
Nam ego ad Menæchmum nunc eo, quo jam diu
Sum judicatus, ultro eo, ut me vinciat.
Nam illic homo homines non alit, verum educat
Recreatque; nullus melius medicinam facit:

v. 13. Litera *d* in *Apud* elid. et *Plenam* ἀνεκθλίπτως pronuntiand. 16. *Edepol* med. syll. extrita (*ed'pol*) pronuntiand. 17. *Dum* non eliditur: quod passim fit apud Nostrum et Lucretium; nonnunquam etiam apud Horatium, Ovidium, aliosque optimi ævi Latinitatis auctores. [Bentl. *De Metr. Terent.*] (Vid. Prolog. v. 13.) 18. *Istæc*, prior syll. corripitur, ut media in *tametsi* v. 16. *Nimi'*. ult. litera elisa. [Supra 5.]

10. *Nugæ sunt eæ.*] Operam nequicquam absumunt dum his modis fugitivum servum retinere conantur.

12. *Esca atque potione vinciri.*] Simile quid dictum apud Nostrates obtinet, qui cum opimum pastum præbendo caverint ne pecudes evagentur, aiunt eas esse ore deligatas; Angl. *tethered by the tooth.*

14. *Quod edit*, etc.] Nam sic haud servitium flocci faciet, immo lucro apponet. Pœnul. 737.

Sync. "Male mihi est. Mil. Esse aliter decet.
Quid id est, quod male sit, quoi domi sit, quod edis, quod ames, adfatim?"

18. *Ita istæc nimis lenta*, etc.] Vertas, 'So marvellously elastic are these victual-bonds.' Nam in sqq. addit, eam esse horum vinculorum naturam ut quo magis tendantur eo tenacius adstringant.

21. *Sum judicatus.*] In quam domum jamdiu sum damnatus; scilicet, addictus sum ei quasi per judicis sententiam.

23. *Nullus melius medicinam facit.*] Nullus est medicus, qui præsentiorem medicinam ægris faciat quam gutturi ventrique meo famelico Menæchmus. Douz.

Ita est adulescens ipsus escæ maxumæ:
Cerealis cœnas dat: ita mensas exstruit,
Tantas struices concinnat patinarias:
Standum est in lecto, si quid de summo petas.
Sed mi intervallum jam hos dies multos fuit:
(Domi domitus fui usque cum caris meis:
Nam neque edo neque emo, nisi quod est carissumum,
Ii quoque jam cari, qui instruontur, deserunt).

v. 26. B. *Et tantas.* Vulgatam retinui. [Vid. Gloss.] 31. *Ii quoque.* Ita Edd. mediæ. [*Ii*, monosyll.] B: *Et quoque.* V. *Id quoque.*

24. *Escæ maxumæ.*] 'Fond of good living,' vel qui escam large præbet, 'Keeps a good table.'

25. *Cerealis cœnas dat.*] i. e. opiparas et multis ferculis refertas. Nam Cerealibus solebant genio indulgere et opipare epulari. LAMB.

26. *Tantas struices.*] Sententia est, cœnas illum lautas dare, mensas cumulando ferculis plurimis, et quasi alte patinas exstruendo: FACC. Eandem imaginem exprimit Noster MASSINGER,

> "The dishes were ranged one upon another,
> As woodmongers do billets."
> *City Madam.* Act. II. Sc. 1.

29. *Domi domitus.*] Vertit Int. Britann.

> 'Homely I've lived at home with my dear friends,
> For all I eat or buy is dear to me.'

Et confert, MILTON, Comus:

> "It is for *homely* creatures to keep *home*,
> They had their name thence—."

Sensus est; Ego perpetuo domi conclusus, *fractus et mollitus fui* tanquam fera, cum *caris meis.* Hos pro *amicis* intellexeris, ut τὰ φίλτατα pro liberis, parentibus et cæteris cognatis usurpatur: Sed aliud, risus causa, significat; nempe se cum cibis, quos ideo *caros* nuncupat quia *suo* sumtu parantur, domi fuisse domitum: cum enim Parasitorum sit aliena quadra vivere, nimirum, si quid *domi* paraverint, *carissimum* necesse fuerit. In Aul. 324, Senex perparcus *cara* esse omnia queritur, non quod revera sic essent, sed quod proprio sumtu emenda; vide loc. cit. in Gloss. Citat Lamb. Lucr. V. 1333.

> "Si quos ante *domi domitos* satis esse putabant."

31. *Ii quoque jam cari,* etc.] Allegoria a re militari. Cibi cari quoque, qui instruuntur in mensa, tanquam milites in acie, desertores ordinis fiunt, et locum suum relinquere incipiunt: quod Græci λείπειν τάξιν dicunt. LAMB.

Nunc ad eum inviso. Sed aperitur ostium:
Menæchmum eccum ipsum video; progreditur foras.

ACT. I. SCENA II.

MENÆCHMUS. PENICULUS.

ME. Ni mala, ni stulta sies, ni indomita inposque animi:
Quod viro esse videas odio, tute tibi odio habeas.
Præterhac si mihi tale post hunc diem
Faxis; faxo foris vidua visas patrem!
Nam quotiens foras volo ire; me retines, revocas, rogitas,
Quo ego eam, quam rem agam, quid negoti geram,
Quid petam, quid feram, quid foris egerim.
Portitorem domum duxi; ita omnem mihi
Rem necesse est loqui, quidquid egi atque ago.
Nimium ego te habui delicatam. Nunc adeo, ut facturus, dicam.

v. 34. Choriamb. Tetram. 35. Troch. Tetr. Cat. *Habeas*, dissyll. 36, 37. et 39—42. Cret. Tetram. 37. *Faxi'*. 38. Troch. Tetr. Cat. 39. *Quo*, ictui expositum, non liquescit. B. 43. Troch. Tetr. *Nimium*, duabus syllabis pronuntiand. (Infra 276.) [Hermann De Metris, Lib. II. 19.] vel fortasse legendum, *Nimi'* (nimis) *ego*. [Supra v. 18.] *Facturu'*.

34. *Ni mala*, etc.] H. e. *Nisi esses*. 'Were you not a stubborn idiot.'

41. *Portitorem.*] Non uxorem mihi videor duxisse, sed portitorem quendam, ita circumspectatrix ista cum oculis emissitiis quicquid agam observat. Hom. IL. I. 561.

Δαιμονίη, αἰεὶ μὲν ὀΐεαι, οὐδὲ σε λήθω·
πρῆξαι δ' ἔμπης οὔτι δυνήσεαι, ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ
μᾶλλον ἐμοὶ ἔσεαι· τὸ δέ τοι καὶ ῥίγιον ἔσται.
εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἐστὶν, ἐμοὶ μέλλει φίλον εἶναι.

43. *Nimium ego*, etc.] 'I've spoilt you by too much indulgence.'

Quando ego tibi ancillas, penum, lanam, aurum, vestem, purpuram,
Bene præbeo, nec quidquam eges; malo cavebis, si sapis:
Virum observare desines!
Atque adeo, ne me nequidquam serves, ob eam industriam
Hodie ducam scortum, ad cœnamque aliquo condicam foras.

PE. Illic homo se uxori simulat male loqui, loquitur mihi:
Nam si foris cœnat, profecto me, haud uxorem, ulciscitur.

ME. Euax, jurgio hercle tandem uxorem abegi ab janua!
Ubi sunt amatores mariti? dona quid cessant mihi
Conferre omnes, congratulantes, quia pugnavi fortiter?
Hanc modo uxori intus pallam subripui; ad scortum fero.

vv. 44, 45. Iamb. Tetr. 46. Iamb. Dim. 47—49. Troch. Tetr. Cat. 50. Iamb. Tetr. 51. Troch. Tetr. Cat. 52, 53. Iamb. Tetr. 54. Troch. Tetr. Cat.

44. *Quando ego,* etc.] Vide infra 703-4: Unde apparet *aurum* ad ornamenta muliebria, non (ut aliis visum est,) ad texendum, spectare. Aul. 451.

"Mihi æquom est purpuram atque aurum dari,
Ancillas, mulos, muliones, pedisequos;" sqq.

quæ sunt uxoris dotatæ verba.

47. *Ob eam industriam.*] Vide in Gloss. et confer SHAKSP.

ANT. E. "That chain will I bestow,
Be it for nothing but *to spite my wife,*
Upon mine hostess there."
Com. of Err. Act III. Sc. I.

50. *Me ulciscitur.*] 'He punishes me, not his wife.' Enimvero, si ille foras ad cœnam condicat, mihi erit cibus domi parandus, aut (quod idem valet,) omnino carendus.

52. *Amatores mariti.*] 'Intriguing husbands.' Qui scilicet aliis amoribus student quam uxorum.

54. *Uxori subripui.*] De constructione vid. infra 548. Confer Asin. 859.

"Egon' ut non domo *uxori meæ*
Subripiam in deliciis pallam quam habet."

Sic hoc decet! Dari facete verba custodi catæ! 55
Hoc facinus pulcrum est, hoc probum est, hoc lepidum est, hoc factum est fabre!
Meo malo a mala abstuli; hoc ad damnum deferetur.
Avorti prædam ab hostibus, nostrûm salute sociûm!
PE. Heus, adulescens, ecquæ in istac pars inest præmi mihi? 59
ME. Perii, in insidias deveni! PE. Imo in præsidium; ne time!
ME. Quis homo est? PE. Ego sum. ME. O mea commoditas, o mea opportunitas,
Salve! PE. Salve. ME. Quid agis? PE. Teneo dextera genium meum.
ME. Non potuisti mage per tempus mi advenire, quam advenis.

vv. 55, 56. Iamb. Tetr. 57, 58. Iamb. Tetr. Cat. 59—100. Troch. Tetr. Cat.

55. *Dari verba.*] Sic decet curiosas istas uxores falli. *Custodem* enim, (ut supra *Portitorem,*) ob diligentem observationem nuncupat.

57. *Meo malo.*] Meo sumtu, ac damno, hanc pallam ab uxore mea mala abstuli. *Meo damno* autem, quia meo sumtu parata est; et quia quæ uxoris meæ sunt, mea sunt, et nostro damno res nostras scortis damus. LAMB. Alii pro *meo periculo* sumunt; [Vid. infra v. 116.] Sed melior est Lambini ratio.

58. *Avorti prædam.*] Loquitur quasi de re militari; et hæc erat pulcherrima victoria in qua spolia quis ex hoste reportaverit, sociis suis, seu copiis, salvis.

59. *Ecquæ pars.*] 'Haven't I any share in this prize?'

62. *Teneo dextera.*] Dextram nimirum, dum salutabat, domini sui Menæchmi prensaverat.

PE. Ita ego soleo: commoditatis omnis articulos scio.
ME. Vin' tu facinus luculentum inspicere?
PE. Quis id coxit cocus?
Jam sciam, si quid titubatum est, ubi reliquias videro.
ME. Dic mihi, num qua tu vidisti tabulam pictam in pariete,
Ubi aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum?
PE. Sæpe. Sed quid istæ picturæ ad me attinent?
ME. Age, me adspice!
Ecquid adsimulo similiter?
PE. Qui istic est ornatus tuos?
ME. Dic hominem lepidissumum esse me!
PE. Ubi esuri sumus?
ME. Dic modo hoc, quod ego te jubeo!
PE. Dico: "Homo lepidissume."

v. 65. *Quis* rapide (*Qui'*) pronuntiand. [Infra 195. 553.] 69. *Attinent*, med. syll. extrita (*Att'nent*,) pronunt. 70. *Istic*, prior syll. corripitur. [Supra 18.] 71. *Med.*

64. *Commoditatis articulos.*] 'I know how to hit exactly the very nick of time.' Singula momenta temporis mihi studiose notantur.

65. *Facinus luculentum.*] Aliud Menæchmus, aliud Parasitus intelligit. Nam cum Ille *pallam* ab uxore luculenter et fabre surreptam significet; Hic, (ut ventri deditus,) *cibi aliquid* esse lautum et luculentum suspicatur.

66. *Si quid titubatum est.*] Jam sciam si quid in coquendo peccatum fuerit. Nostrates dicunt, 'If there has been *a slip of the pan.*'

67. *Pictam in pariete.*] Confer Merc. 309. sqq.

"Si unquam vidistis pictum amatorem, hem illic est:
Nam meo quidem animo vetulus, decrepitus senex,
Tantidem est, quasi sit signum pictum in pariete."

70. *Adsimulo similiter?*] Nonne aliqua ex parte Ganymedem et Adonim specie aut cultu corporis refero? Hoc autem ait idcirco, quod pallam uxoris induerat. Ganymedes enim et Adonis pueri molles et mulierum similes erant. LAMB. Ludit in re eadem Aristoph. Ran. 46. Vide infra 415. sq.

ME. Ecquid audes de tuo istuc addere?
PE. "Atque hilarissume."
ME. Perge.
PE. Non pergo hercule ego, nisi scio, qua gratia.
Litigium est tibi cum uxore: hoc mi abs te caveo cautius.
ME. Te morare, mihi quom obloquere.
PE. Oculum ecfodito persolum
Mihi, Menæchme, si ullum verbum faxo, nisi quod jusseris!
ME. Clam uxorem ubi sepulcrum habemus, hunc conburamus diem.
PE. Age sane igitur, quando æquom oras: Quam mox incendo rogum?
Dies quidem jam ad umbilicum est dimidiatus mortuos.

v. 76. *Obloquere*, non elidend. [Vid. in v. 293.] 76, 77. Hos versus in ordinem restituit B: cum vulgo post v. 80. inserti fuerint. 78. V: *Habeamus, et.* B: *Habemus, et* (h. e. *etiam.*) 80. *Dies*, monosyll. [Infra 498.]

75. *Hoc mi abs te caveo.*] 'On this account I am the more on my guard against you.' Cavendum sibi ab eo esse, ait, quia cum uxore litiget, ut haud facile se ad cœnam domum sit vocaturus. BOTHE.

76. *Te morare.*] Tibi moram creas, dum me inter loquendum sermone tuo intempestive interpellas. 'You are only hindering yourself by interrupting me.'

78. *Ubi sepulcrum*, etc.] Sensus est, (quem ex tenebris evocavit BOTHE,) Jubeo prandium apparari clam uxorem, in eo loco ubi sepulcrum habemus. H. e. ubi sepelire epulis et vino solemus dies nostros; nempe apud Erotium meretricem.

79. *Incendo rogum.*] Ex morte diei tempus cœnandi intellexit; proinde quasi cœna sit diei sepulcrum. TURNEB. Vide Gloss. in vers. præced. Et verte, 'How soon *must* I fire the pile?' [De constructione, consule infra 148.]

80. *Ad umbilicum.*] Ad mediam partem: Umbilicus enim quasi

ME. Concede huc a foribus.
PE. Fiat.
ME. Etiam concede huc.
PE. Licet.
ME. Etiam nunc concede audacter ab leonino cavo.
PE. Heu edepol næ tu, ut ego opinor, esses agitator probus.
ME. Quidum?
PE. Ne te uxor sequatur, respectas identidem.
ME. Sed quid ais?
PE. Egone? id enim, quod tu vis, id aio atque id nego.
ME. Ecquid tu de odore possis, si quid forte olfeceris, 86
Facere conjecturam?
PE. Captum si siet conlegium.
ME. Agedum, odorare hanc, quam ego habeo, pallam:
Quid olet?—Abstines?

v. 87. V: *Captum* sit *conlegium.*

media pars animalis est. LAMB. Intell. jam pomeridianum tempus advenisse: est enim *meridies* nihil aliud quam *medidies,* [Cic. Orat. 47.] i. e. *medius,* seu dimidiatus, *dies.* Vid. Gloss.

— *Mortuos.*] Citat TURNEB. Stat. Silv. Lib. IV.

"Jam *moriente die* rapuit me cœna benigni
Vindicis."

82. *Leonino cavo.*] 'From this Lion's den.' A spelunca leonina; h. e. domo mea, ubi commoratur uxor, quæ est mihi instar leænæ. LAMB.

84. *Respectas identidem.*] Agitator in ludis Circensibus identidem respicit eos qui pone currunt. Ita Menæchmus respectabat, timens ne ab uxore conspiceretur pallam ejus indutus. LAMB.

86. *Ecquid,* etc.] Numquid tu possis, si quam rem forte olfeceris, quæ res ea sit, ex odore conjecturam facere? LAMB.

87. *Captum si siet conlegium.*] Primum se responsurum dicit parasitus *cum auguribus;* mox, instante altero, palam pronunciat, quid *sibi* videatur de ista palla. BOTHE.

PE. Summum olfactare oportet vestimentum muliebre;
Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore inlucido.
ME. Olfacta igitur hinc, Penicule lepide, ut fastidis!
PE. Decet.
ME. Quid igitur? quid olet? Responde.
PE. Furtum, scortum, prandium.
ME. Nunc ad amicam deferetur, hanc meretricem Erotium:
Mihi tibi atque illi jubebo jam adparari prandium;
Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus.
PE. Expedite fabulatus: Jam foris ferio?
ME. Feri.
Vel mane etiam.
PE. Mille passum conmoratus cantharum.
ME. Placide pulta.
PE. Metuis, credo, ne fores Samiæ sient.

v. 89. *Summum*, non elid. [Supra v. 17.]

90. *Istoc loco.*] H. e. ex infima parte. Mox, *Hinc*, ex summa parte.

95. *Inde usque.*] Ex illo tempore usque ad Luciferi ortum.

96. *Jam foris ferio?*] 'Am I now to knock at the door?' Vid. infra 148. supra 79.

97. *Conmoratus.*] Subaud. *es*. Vid. Gloss. v. 96. 'You have stopped the bottle a mile.' Dum me hoc verbo (*mane*) prohibes ne fores feriam, poculum a labris quasi *mille passuum* spatio amovisti; usque eo enim serius ad mensam accumbemus. Ludit, (ait GRON.) confundendo longitudinem loci et temporis. Ut ille apud Quinct. [Inst. XI. 3. 126.] qui interrogavit de quodam, "Quot millia passuum declamasset?" Confert Bothe, Truc. 304;

"Quid jam revocabas me, improbe nihilique homo?
Quæ passuum tibi mille peperit mora moræ."

98. *Placide pulta.*] Jocus frequentissimus apud Comicos; cujus plurima ex Aristophane exempla facile in mentem cujusvis occurrent. Apud Nostrum, Amph. 857.

"Qui sic frangas fores." Etc.

ME. Mane, mane, obsecro, hercle: eapse, eccam, exit.
Ah! Solem vides? 99
Satin' ut occœcatust præ hujus corporis candoribus?

ACT. I. SCENA III.

EROTIUM. PENICULUS. MENÆCHMUS.

ER. Anime mi, Menæchme, salve!
PE. Quid ego?
ER. Extra numerum es mihi.
PE. Item istuc aliis ad legionem fieri adscriptivis solet.
ME. Ego istic mihi hodie adparari jussim apud te—prœlium.

v. 99. Prior *Mane*, ult. brevi. [Infra 206. 266.] *Eapse*, B: ex conject. Acidal. V: *Ab se ecca exit.* 101—135. Troch. Tetr. Cat. 102, 103. *Istuc* et *Istic*, prior. syll. corripitur. [Supra v. 18.]

100. *Satin' ut occœcatust?*] Satisne vides, ut Sol obscuratus est, corporis Erotii candoribus comparatis. LAMB. Paullo aliter SHAKSP. *Romeo and Juliet.*

"It is the east, and Juliet is the Sun!—
Arise fair Sun...............
The *brightness of her cheek would shame those stars,*
As daylight doth a lamp."
Act II. Sc. II.

101. *Extra numerum es mihi.*] Extra ordinem es, neque in numero eorum, qui mihi cari sint: nullo numero mihi es. LAMB. H. e. Nullo pretio aut loco. Vid. Gloss.

102. *Adscriptivis*] 'Picked troops, kept as a *corps de reserve.*' Nam observat Gronovius, "*Non contemptiores* fuisse adscriptivos, pessimi enim imperatoris esset pejores milites in supplementum legere: potius meliores legere debebat, qui casu interfectorum non terrerentur. Imo nihilo viliores adscriptivi relatis in numeros: sed credibile est *vel meliores esse,* ut iis parceretur, nisi necessitas cogeret. Et hoc vult Parasitus, qui probrum meretricis in meliorem partem vertit. Cum enim illa dixisset, 'Extra numerum es mihi;' quasi diceret, Te nullo numero habeo; 'Atqui,' inquit ille, '*non ideo sum vilior,* nam et Adscriptivi ad legionem, (non viliores relatis in numeros,) extra numerum sunt.'"

103. *Prœlium.*] Urbane hoc dixit, *prandium* significans, manens in translatione superiori, quæ ducitur a re militari.

ER. Hodie id fiet.
ME. In eo uterque prœlio—potabimus.
Uter ibi melior bellator erit inventus—cantharo,
Tua est legio: adjudicato, cum utro hanc noctem sies.
Ut ego uxorem, mea voluptas, ubi te adspicio, odi male!
ER. Interim nequis, quin ejus aliquid indutus sies.
Quid hoc est?
ME. Induviæ tuæ atque uxoris exuviæ, rosa.
ER. Superas facile, ut superior sis mihi quam quisquam, qui impetrant.
PE. Meretrix tantisper blanditur, dum illud, quod rapiat, videt.—
Nam si amabas, jam oportebat nasum abreptum mordicus.
ME. Sustine hoc, Penicule: exuvias facere, quas vovi, volo.

v. 104. Mss. *Proilio*. B: (Vid. Gloss. in v. 103.) 106. *Tua* et *utro*, non eliduntur. 112. *Jam*, non liquescit.

104. *Uterque potabimus.*] Ego et Peniculus. *Potabimus*, per σχῆμα παρ' ὑπόνοιαν pro *pugnabimus*, (quod post prœlium exspectaveris,) positum.

106. *Tua est legio.*] Penes te est tota hæc legio, tu es imperatrix: tuum est partes suas singulis militibus adjudicare.

108. *Interim nequis*, etc.] 'And yet you must be wearing some of her things?' Interim tu, qui dicis te uxorem tuam odisse, tibi temperare non potes quin aliquod ejus vestimentum indutus sis. LAMB.

112. *Nam si amabas.*] Hic versus a parasito clare pronunciatus. Præcedentem sub lingua dixerat. Ut autem dissimularet quod ita submurmuraverat, ex abrupto incipit, quasi continuaret id quod submisse locutus est. SALM.

113. *Hoc.*] *Pallium suum*, quod super uxoris pallam indutus erat.

— *Exuvias facere.*] Nempe, se spoliare ut amicam suam vestiat. Ut supra 109, dixerat, *Induvias* Erotii hanc pallam futuram. Primum igitur vestimentum suum, (quod superimpositum est,) mox uxoris pallam (quæ *infra*, celandi causa, jacet) exuere pergit. Mos

PE. Cedo. Sed, obsecro hercle, salta sic cum palla postea.
ME. Ego saltabo? Sanus hercle non es.
PE. Egone, an tu magis?
Si non saltas, exue igitur.
ME. Nimio ego hanc periculo
Subripui hodie. Meo quidem animo ab Hippolyta subcingulum
Hercules haud æque magno unquam abstulit periculo.
Cape tibi hanc; quando una vivis meis morigera moribus.
ER. Hoc animo decet animatos esse amatores probos.
PE. Qui quidem ad mendicitatem properent se detrudere.

vv. 117—119. *Meo, Meis,* monosyll. [Supra v. 5.] 120. Hæc a B: bene EROTIO tribuuntur; ut et vv. 127—129, PENICULO.

autem saltatorum fuisse videtur superiores vestes exuere, ne lubricos motus corporis impedirent: Unde Socrates apud Plat. Menex. Cap. 5. ait, Εἴ με κελεύοις ἀποδύντα ὀρχήσασθαι. Quo pertinet Peniculi dictum in vers. prox.

114. *Sic.*] 'As you are.' Nempe pallio exuto, et pallam indutus; nam hic ornatus, ut mollior et effeminatus, saltatorem decebat. Vide infra 415. sq.

115. *Sanus non es.*] Ad mentem Ciceronis, cujus verba sunt, "Nemo fere saltat sobrius, *nisi forte insanit.*" Pro Muren. c. 6.

— *Tu magis.*] *Insanus;* quippe qui palla tam pretiosa te exuas, ut *ad damnum deferatur.*

117. *Hippolyta.*] Hæc fuit Antiopæ Amazonum reginæ soror, et in bello, quod cum Amazonibus Græci gesserunt, ab Hercule capta: post uxor Theseo facta, et mater Hippolyto. Is erat sextus ex laboribus Herculeis, et in versu illo commemoratur,

"Threiciam *sexto* spoliavit Amazona baltheo."

Unde Noster, Epid. 172.

"Hercules ego fui, dum illa mecum fuit;
Neque *sexta ærumna* acerbior Herculi, quam mi illa objecta est."

119. *Morigera.*] Confer Ter. Andr. I. v. 59.

"Sive hæc te solum semper fecit maxumi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus."

121. *Qui quidem.*] Hæc secum parasitus, sicut et sqq. '*Quatuor minæ,* &c.' BOTHE.

Me. Quatuor minis ego emi istanc anno uxori meæ.
Pe. Quatuor minæ perierunt plane, ut ratio redditur.
Me. Scin', quid volo ego te adcurare?
Er. Scio. Curabo, quæ voles.
Me. Jube igitur nobis apud te prandium adcurarier,
Atque aliquid scitamentorum de foro obsonarier....
Pe. Glandionidam suillam, laridum, pernonidem, aut
Sinciput, aut omenta porcina, aut aliquid ad eum modum,
Madida quæ mi adposita in mensam miluinam suggerant.
Me. Atque actutum.
Er. Licet ecastor.
Me. Nos prodimus ad forum.
Pe. Jam hic nos erimus: dum coquetur, interim potabimus.
Er. Quando vis, veni: parata res erit.
Pe. Propera modo!
Me. Sequere tu.
Pe. Ego hercle vero te servabo, et te sequar.

v. 133. *Tud.* [Vide Infra 293.]

123. *Ut ratio redditur.*] 'By your account; as far as I understand *your reckoning.*' Ex rationibus quas reddis. Namque est hoc loco *ratio argentaria,* accepti et expensi. Confer Ter. Ad. IV. VII. 24.

Dem. "Nempe tua arte *viginti minæ*
Pro psaltria *periere.*"

127. *Glandionidam,* etc.] Optime hæc Parasito tribuuntur, ut id genus hominum maxime istiusmodi rerum amans fuerit, quod apparet ex Capt. 779, sqq. et Curc. 321.

"Perna suis, abdomen, sumen glandium."

Quæ sunt reliquiæ parasito, adventitiæ cœnæ loco, appositæ.

129. *Madida,* etc.] 'Which when served up to table cooked, may suggest to me a kite-like appetite?' Proverbium Anglicum est, *As hungry as a glead.* Vide in Gloss.

Neque hodie, ut te perdam, meream deorum divitias mihi.

ER. Evocate intus Cylindrum mihi cocum actutum foras!

ACT. I. SCENA IV.

EROTIUM. CYLINDRUS.

ER. Sportulam cape atque argentum. Eccos tris numos habes.
CY. Habeo.
ER. Abi atque obsonium adfer. Tribus vide quod sit satis;
Neque defiat, neque supersit.
CY. Quojusmodi hi homines erunt?
ER. Ego, et Menæchmus, et parasitus ejus.
CY. Jam isti sunt decem:
Nam parasitus octo hominum munus facile fungitur.
ER. Elocuta sum convivas; ceterum cura.
CY. Licet.

v. 134. *Deorum*, vocales *e* et *o* per crasin coalescunt. 136—142. Troch. Tetr. Cat. 136. *Argentum*, non liquescit. [Supra 17.] 137. *Tribu'*. 139. *Et*, rapide pronuntiand. ut pro brevi syll. sit. (Vel versus est Iamb. Tetr. quod mavult B.) 140. *Octod*.

134. *Ut te perdam.*] Interpr. Angl. 'I would not lose you, not for the wealth of all the gods.' H. e. Vel Deorum divitias spernerem, si hæc conditio accedat, ut te hodie sejungar.

139. *Jam isti sunt decem.*] Videtur (ait MURETUS,) Plautus Eubulum Comicum imitatus, apud Athenæum: Qui ingeniose edacem Philocratem, cum unus esset, bis nominavit, et pro duobus numerari voluit:

"Εἰσὶν ἡμῖν τῶν κεκλημένων δύο
'Επὶ δεῖπνον ἄμαχοι· Φιλοκράτης, καὶ Φιλοκράτης·
"Ενα γὰρ ἐκεῖνον ὄντα δύο λογίζομαι
Μεγάλους, μᾶλλον δὲ τρεῖς."

Lib. I. §. 4.

Cocta sunt. Jube ire adcubitum.
ER. Redi cito.
CY. Jam ego hic ero.

ACT. II. SCENA I.

MENÆCHMUS SOSICLES. MESSENIO.

ME. SO. Nulla est voluptas navitis, Messenio,
Major meo animo, quam quom ex alto procul
Terram conspiciunt.
MES. Major, non dicam dolo,
Quom adveniens terram videas, quæ fuerit tua.
Sed, quæso, quamobrem nunc Epidamnum venimus?
An, quasi mare, omnis circumimus insulas?
ME. SO. Fratrem quæsitum geminum germanum meum.
MES. Nam quid modi futurum est illum quærere?
Hic annus sextus, postquam ei re operam damus.

v. 142. *Redi*, ult. corrept. quod fit in his imperativis. [Vid. Supra 99.] 143—189. Iamb. Trim. 144. *Quom*, non elid. [Edit. Ven. 1518. habet *Quom illi*.]

142. *Cocta sunt.*] 'Consider the meat already drest.' Intelligit, Haud citius mandasti quam mandata exigam. Simile quid Ter. Andr. I. I. 2. "Adesdum: paucis te volo. So. *Dictum puta.*" Ov. Met. IV. 476.

"*Facta puta*, quæcunque jubes."

Citat BOTHE, Pseud. 891. sqq.

BALL. "Intro huc abi, et cœnam coque propere.
PUER. Quin tu is adcubitum? et convivas cedo:
Conrumpitur jam cœna."

148. *Quasi mare.*] Scil. *circumit.* 'Are we to run about all the islands as the sea does?' Vid. in Gloss.

151. *Annus sextus*, etc.] Subaud. *est.* et confer Nost. SHAKSP.

ÆG. "Five summers have I spent in furthest Greece,
Roaming clean through the bounds of Asia,
And, coasting homeward, came to Ephesus;
Hopeless to find, yet loath to leave unsought,
Or that, or any place that harbours men."
Com. of Err. Act I. Sc. I.

Istros, Hispanos, Massiliensis, Illurios,
Mare superum omne, Græciamque exoticam,
Orasque Italicas omnis, qua adgreditur mare,
Sumus circumvecti. Si acum, credo, quæreres;
Acum invenisses, si adpareret, jam diu.
Hominem inter vivos quæritamus mortuom:
Nam invenissemus jam diu, si viveret.

ME. SO. Ergo istuc quæro certum qui faciat mihi;
Qui sese dicat scire, eum esse mortuom.
Operam præterea nunquam sumam quærere;
Verum aliter vivos nunquam desistam exsequi.
Ego illunc scio, quam cordi sit carus meo!

MES. In scirpo nodum quæris. Quin nos hinc domum
Redimus, nisi si historiam scripturi sumus?

v. 155. *Sumu'*. *Si*, non elid. 163. *Illunc*, prior syll. corrip. [Ut in Prol. 41. etc.]

159. *Istuc.*] 'I am seeking for one who can assure me of this very fact.' Qui mihi istud fide sua præstet, nempe eum esse revera mortuum.

162. *Aliter.*] H. e. Nisi eum vel vivum inveniam, vel mortuum esse certior sim factus. Perperam cum *exsequi* jungit Pareus.

— *Vivos.*] 'While I live.' *Vivus;* i. e. dum vivo. Citat ACIDAL. Amph. 242.

"Tu me *vivos* hodie nunquam facies quin sim Sosia."

163. *Illunc scio,* etc.] Græca constructio, quæ valet id quod, 'Scio quam carus sit *ille* cordi meo.' Sic Hom. IL. II. 409.

"Ἤδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν, ὡς ἐπονεῖτο."

164. *In scirpo nodum quæris.*] Proverb. de re impossibili. Ter. Andr. V. IV. 38. Ubi (ut h. l.) significat, Rem, quæ omnino fieri nequit, nimia solicitudine prosequeris. Vid. plura in Gloss.

165. *Historiam scripturi.*] Ironia. Intell. Jamdudum peregrinandi finem fecisse debuimus, nisi forte velimus libros geographicos de situ orbis, historiamque de hominum moribus conscribere, et idcirco tot terrarum oras perambulamus, totque maria circumvehimur. EX LAMB.

ME. SO. Dictum facessas doctum, et discaveas malo!
Molestus ne sis! non tuo hoc fiet modo!
MES. Hem,
Illoc enim verbo esse me servom scio!
Non potuit paucis plura plane proloqui.
Verum tam nequeo contineri, quin loquar.
Audi, Menæchme. Quom inspicio marsupium;
Viaticati hercle admodum æstive sumus.
Næ tu hercle, opinor, nisi domum revorteris,
Ubi nil habebis, geminum dum quæris, gemes.
Nam ita istæc hominum natio est Epidamnia:
Voluptarii atque potatores maxumi,

v. 170. *Contineri*, Ita dedi. (Ut infra 1022. Rud. 1072. etc.) B: *continere*. Edd. nonnullæ, *Me nequeo continere*, quod metrum pessumdat.

166. *Dictum facessas doctum.*] 'Come let's have none of your wise saws.' Noli mihi argutari, et sententias funditare. PAR.

168. *Illoc enim verbo.*] Respicit mordacia illa verba, *Non tuo hoc fiet modo.* Vid. infra 348.

172. *Viaticati æstive.*] Vide Gloss. Variæ hujus loci interpretationes proferuntur, quarum illam Lambini prætuli. "*Æstive viaticati* sunt, tenuiter et anguste et parce viaticati; sermone translato ab iis qui *vestiti*, ad eos qui *viaticati* sunt. Dicere enim solemus aliquem *æstive vestitum*, qui leviter et expedite vestitus est. Nam æstivo tempore, vestitu leviore et pauciore opus est quam brumali." Huc pertinet Juv. Sat. I. 28.

"Ventilet *æstivum* digitis sudantibus aurum,
Nec sufferre queat majoris pondera gemmæ."

Qui autem malint accipere de *victu* seu *commeatu*, quem minorem *æstivis* castris quam hibernis providere mos erat militibus, consulant Aul. Gell. XVI. 3. "Erasistratus vim quandam famis non tolerabilem, quam Græci βούλιμον appellant, *in diebus frigidissimis multo facilius accidere* ait, quam quum serenum atque placidum est."

174. *Geminum.*] 'Your twin brother.' Ludit in paronomasia τοῦ *gemes;* (ut mox. v. 184. Supra Prol. 65. etc.) Gemes autem, non tam ob fratrem amissum, quam quod nihil jam erit in marsupio, unde victum et necessaria emere possis.

Tum sycophantæ, et palpatores plurimi
In urbe hac habitant; tum meretrices mulieres
Nusquam perhibentur blandiores gentium.
Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum est;
Quia nemo ferme sine damno huc devortitur.
ME. SO. Ego istuc cavebo. Cedo dum mi huc marsupium!
MES. Quid eo vis?
ME. SO. Jam abs te metuo de verbis tuis.
MES. Quid metuis?
ME. SO. Ne mihi damnum in Epidamno duis.
Magnus tu amator mulierum es, Messenio;
Ego autem homo iracundus, animi perditi:
Id utrumque, argentum quando habebo, cavero;
Ne tu delinquas, neve ego irascar tibi.
MES. Cape atque serva; me lubente feceris.

v. 182. *Istuc*, prior syll. corrip. [Supra 18.]

177. *Sycophantæ*, etc.] Gemellum locum citat Interpr. Angl. ex SHAKSP.

ANT. S. "They say this town is full of cozenage;
As, nimble jugglers, that deceive the eye;
Dark-working sorcerers, that change the mind;
Soul-killing witches, that deform the body;
Disguised cheaters, prating mountebanks,
And many such like liberties of sin."
Com. of Err. Act I. Sc. II.

180. *Epidamno.*] De constructione vid. Gloss. in Prol. 42. Citat LAMB: Pompon. Mel. Lib. II. Cap. 111. "Dyrrachium *Epidamnus* ante erat. Romani nomen mutavere quia velut *in damnum* ituris omen id visum est." Et Plin. Nat. Hist. Lib. III. Cap. 23. "*Epidamnum* colonia, propter inauspicatum nomen, a Romanis Dyrrhacium appellata."

182. *Marsupium.*] Supra 171.

186. *Ego homo iracundus.*] Petron. Sat. XCIV. "Et ego iracundus sum, et tu libidinosus; vide, quam non conveniat his moribus." GRÆV.

187. *Id utrumque.*] 'I shall prevent both these ills.' Ne tu mihi damnum facias, neve ego tibi; quod ex versu prox. apparet.

ACT. II. SCENA II.

CYLINDRUS. MENÆCHMUS SOSICLES. MESSENIO.

CY. Bene obsonavi, atque ex mea sententia;
Bonum anteponam prandium pransoribus.
Sed eccum Menæchmum video. Væ tergo meo!
Prius jam convivæ ambulant ante ostium,
Quam ego obsonatu redeo! Adibo atque adloquar.—
Menæchme, salve.
MEN. Di te amabunt. Scin', quis sum?
CY. Non hercle vero! Ubi convivæ ceteri?
MEN. Quos tu convivas quæris?
CY. Parasitum tuom.
MEN. Meum parasitum? Certe hic insanust homo.
MES. Dixin' tibi, esse hic sycophantas plurimos?
MEN. Quem tu parasitum quæris, adulescens, meum?

vv. 190—264. Iamb. Trim. 192. *Sed*, media extrita litera, (*S'd*) pronunt. [Infra 465.] 195. *Qui'*, rapide pronuntiand. [Supra 65.] B: *Quis ego sum?* Et vers. prox. *Novi h. v.* 196. *Verod.*

192. *Menæchmum.*] Sosiclem; hic enim sunt erroris initia.

193-4. *Prius .... quam,* etc.] 'Before I am returned from catering.'

195. *Di te amabunt.*] 'God bless you.' 'Thank you.' Est formula salutationis reddendæ, et quidem minus familiarium.

— *Scin', quis sum?*] 'Do you know who I am, Sir?' Est hæc quoque formula interpellantis, simul habens nescio quid admirationis, qua importunum quendam deterrere volumus. Unde ille garrulus, apud Hor. Sat. I. IX. 7, ne sic amoveatur metuens, *occupat prior* dicendo, "Noris nos?" i. e. Velim ut me, qui sim, quam primum noscas.

196. *Non hercle vero!*] 'Not know you!—I should think not indeed!' Εἰρωνικῶς hoc capiendum. PAR.

CY. Peniculum.
MES. Eccum, in vidulo salvom fero!
CY. Menæchme, numero huc advenis ad prandium;
Nunc obsonatu redeo.
MEN. Responde mihi,
Adulescens; quibus hic pretiis porci veneunt
Sacres sinceri?
CY. Numo.
MEN. Numum a me accipe;
Jube te piari de mea pecunia:
Nam ego quidem insanum esse te certo scio,
Qui mihi molestus homini ignoto, quisquis es.
CY. Cylindrus ego sum. Nomen non nosti meum?
ME. Seu tu Culindrus, seu Coriandrus, perieris!

v. 201. *Peniculum*, non liquescit. 206. *Jube*, ult. corrip. [Supra 99.] 210. *Coriandrus*, vel *Coriendrus*. Lamb. conj. *Coliendrus*.

201. *Eccum, in vidulo.*] Jocus ex ambiguo: nam Messenio intelligit Peniculum, *qui extergentur baxeæ*; Infra 300.

204. *Quibus pretiis*, etc.] Porci sacri et sinceri immolabantur ab iis qui piaculum aliquod admiserint, aut qui insani exstiterint. Significat igitur Menæchmus coquum esse insanum. LAMB. Vide Gloss. et adde Æsch. Eumen. 273.

"Καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις."

"Porculis quippe Orestes expiatus est, tam ab *insania* quam a matricidio." GRÆV.

206. *Jube te piari.*] 'Get yourself expiated at my expense.' Jubeas *sacerdotem* ut te expiet. Infra 418.

208. *Molestus.*] H.e. Molestus *es*; [ut vv. 96. 226. etc.] 'To molest me a stranger to you, whoever you are.'

210. *Culindrus—Coriandrus.*] Jocus ex paronomasia; [ut vv. 180. 200. et centies apud Nostrum.] Pro *Coriandrus*, Lamb: *Coliendrus*, ut paullo ad ductum literarum propius; illud enim a *culo*, hoc a *coleo*, derivatum ridiculi causa existimat. Sed haud operæ est diutius in re tali commorari.

Ego te non novi, neque novisse adeo volo.
CY. Est tibi Menæchmo nomen tantum, quod sciam.
ME. Pro sano loqueris, quom me adpellas nomine.
Sed ubi novisti me?
CY. Ubi ego te noverim,
Qui amicam habeas heram meam, hanc Erotium?
ME. Neque hercule habeo, neque te, quis homo sis, scio.
CY. Non scis quis ego sim, qui tibi sæpissume
Cyathisso apud nos, quando potas?
MES. Hei mihi,
Quom nihil est, qui illi homini diminuam caput!
ME. Tun' cyathissare mihi soles, qui ante hunc diem
Epidamnum nunquam vidi neque veni?
CY. Negas?
ME. Nego hercle vero.
CY. Non tu in illisce ædibus
Habitas?
ME. Di illos, qui illi habitant, homines perduint!
CY. Insanit hic quidem, qui ipse maledicit sibi.—
Audin', Menæchme?
ME. Quid vis?
CY. Si me consulas;

v. 212. B: *Tantum, quod sciam* MENÆCHMO tribuit. 214. *Med.* [Vid. infra 293.] 219. Ita scripti. *Illi* non eliditur. B. 223. *Illi*, V: *Illic.* Vide in Gloss. 224. *Quidem*, elisa *i* litera pronuntiand: B. [Supra 69.]

211. *Neque novisse adeo volo.*] 'And, what is more, I don't wish to know you.' De particulis *neque adeo*, vide in Prol. 21; Gloss. Adde Pœnul. 511.

"Nec damus, *neque adeo* volumus datum."

212. *Menæchmo.*] De constructione, Supra Prol. 43.

"Nomen indit *Menæchmo.*"

225. *Si me consulas.*] 'If you'll take my advice.' Si meo utaris consilio.

Numum illum, quem mihi dudum pollicitus dare,
Jubeas, si sapias, porculum adferri tibi:
Nam tu quidem hercle certo non sanus satis,
Menæchme, qui nunc ipsus maledicas tibi.
MES. Heu hercule hominem multum et odiosum mihi!
CY. Solet jocari sæpe mecum illoc modo:
Quamvis ridiculus est, ubi uxor non adest.
ME. Quid ais tu? Quid vis, inquam?
CY. Satin' hoc, quod vides,
Tribus vobis obsonatum, an obsono amplius;
Tibi, et parasito, et mulieri?
ME. Quas mulieres,
Quos tu parasitos loquere?
MES. Quod te urget scelus,
Qui huic sis molestus?
CY. Quid tibi mecum est rei?
Ego te non novi; cum hoc, quem novi fabulor.
ME. Non edepol tu, homo, sanus es, certo scio.
CY. Jam ergo hæc madebunt faxo; nil morabitur:
Proin tute ab ædibus ne quo abeas longius.

v. 234. *Tribu'*. 239. *Tu,* non liquescit. B. 241. B: *abbitas*.

226. *Numum illum,* etc.] Anacoluthon. Sensus est, Jubeas *ex numo illo,* quem mihi dudum [v. 205.] pollicitus es dare, adferri porculum tibi, ut qui longe insanior sis quam ego. Eadem constructio Infra 950.

231. *Solet jocari.*] Hæc ad Spectatores loquitur. 'It's his way to jest thus with me. He's wondrous jocose when his wife is not by.' *Quamvis* pro *quantumvis;* Vid. Gloss.

236. *Quod te urget scelus?*] Quod te scelus agitat? Quæ te intemperiæ tenent? LAMB. Est *scelus* inexpiatum aliquod crimen, propter quod Diis inimicus quis est, et ab iis ob id dementatus.

237. *Quid tibi mecum est rei?*] 'What's your business with me?'

Numquid vis?
ME. Ut eas maxumam in malam crucem!
CY. Ire hercle meliust te—interim atque adcumbere,
Dum ego hæc adpono Volcani ad violentiam.
Ibo intro, et dicam te hic adstare Erotio;
Ut te hinc abducat potius, quam hic adstes foris.
ME. Jamne abiit iste? Edepol haud mendacia
Tua verba experior esse.
MES. Observato modo:
Nam istic meretricem credo habitare mulierem,
Ut quidem ille insanus dixit, qui hinc abiit modo.
ME. Sed miror, qui ille noverit nomen meum.
MES. Minume hercle mirum: morem hunc meretrices habent;
Ad portum mittunt servolos, ancillulas,
Si qua peregrina navis in portum advenit:
Rogitant quoiatis sit, quid ei nomen siet;
Postilla extemplo se adplicant, adglutinant;

v. 243. *Interim*, Alii legunt *Intro*, (*Intro* d). 247. *Iste* d; (Facile hæc vox excidere potuit ob similitudinem proximarum literarum...*it ed*...) Edit. Ven. aliæque nonnullæ, dant *Ille*. Bothe autem, ex conjectura Taubmanni, *Jamne abiit?* Abiit. 250. *Ille*, prior syll. corrip. [Prol. 22.]

242. *Eas in maxumam malam crucem.*] Supra, Prol. 66.

243. *Ire meliust te*—] Placet Dissaldii conjectura, *te* suspense legendum esse, ut sit sensus in ambiguo: nempe, *Melius est te* (quam me) *ire in maxumam malam crucem.* Hæc ut rideant spectatores clare loquitur, sed ne irascatur herus, (quem esse Menæchmum etiamdum suspicatur,) continuo subjicit, *interim atque adcumbere*, scilicet *ad mensam.* Frequentissimus hic apud Comicos, et præcipue Nostrum, jocus.

255. *Quid ei nomen.*] 'What is his name?' *Ei*, magistro, domino, intellecto ex præced. *quojatis.* Vid. Gloss.

Si pellexerunt, perditum amittunt domum.
Nunc portu in istoc stat navis prædatoria,
Abs qua cavendum nobis sane censeo.
ME. Mones quidem hercle recte.
MES. Tum demum sciam
Recte monuisse, si tu recte caveris. 261
ME. Tacedum parumper; nam concrepuit ostium.
Videamus, qui hinc egreditur.
MES. Hoc ponam interim.
Adservatote hæc, sultis, navales pedes.

v. 258. *Istoc*, prior syll. corripitur. [Supra 18.] Nam quod B: ait, "Τὸ *Navis* μονοσυλλάβως pronuntiandum esse," contra stat v. 347, infra; ubi plane est pro dissyll. 262. *Tacedum*, H. e. *Tace dum*; Ult. syll. τοῦ *Tace*, breviter pronuntiand. [Ut Supra 99. 206. Infra 266. etc.]

257. *Si pellexerunt*, etc.] 'If they succeed in inveigling him, they send him home a lost man.' Nempe in suam ipsius domum dimittunt. Non prius ab se amittunt quam plane perdiderint.

258. *Nunc in istoc portu*, etc.] Allegoria est. Per *navem prædatoriam*, ('A pirate ship,') meretricem Erotium significat; per portum, domum ejus. LAMB. Vid. Infra 347.

263. *Hoc.*] Hanc sarcinam deponam; vidulum [v. 201.] nempe, in quem singula ad iter necessaria congerebantur, quæ ut *adservent* ('Have an eye to them,') nautæ, quorum opera in nave vectus est, diligenter monet.

264. *Navales pedes.*] *Nautæ* sic dicti, seu *servi remiges*, qui in nave loco pedum sunt. TURN. Hos alloquitur Messenio, Infra 350.

"Sequimini,............"

ACT. II. SCENA III.

EROTIUM. CYLINDRUS. MENÆCHMUS SOSICLES. MESSENIO.

ER. Sine fores sic! Abi! nolo operiri. Intus para, cura,
Vide, quod opus est, fiat! Sternite lectos! Incendite odores!
Munditia inlecebra animo amantum est.
Amanti amœnitas malo est, nobis lucro est.
Sed ubi illic est, quem cocus ante ædis esse ait?
Atque eccum video, qui mi est usu et plurimum prodest; item
Huic ultro fit, ut potissumus nostræ, ut meret, domi sit.
Nunc eum adibo atque adloquar ultro. Animule mi, mihi mira videntur,

vv. 265, 266. Troch. Tetr. Cat. In priore versu, *Abi* rapide pronunt. ut ult. corripiatur, [Supra 142.] *Operiri*, non elid. 266. *Vide*, ult. corrip. [Supra 206.] 267. Troch. Dim. 268, 269. Iamb. Trim. 270. Iamb. Tetr. 271, 272. Troch. Tetr.

265. *Sine fores sic!*] 'Leave the doors as they are: go; I don't chuse to have them shut.' Verba Erotii ad Cylindrum ingredientem; nam subjicit, *Para, cura;* (h. e. coque.) Mox servos et ancillas allocuta, plurali usa est *Sternite*, &c.

266. *Sternite lectos.*] Cum his conferas Hom. Od. XX. 149.

"'Αγρεῖθ', αἱ μὲν δῶμα κορήσατε ποιπνύσασαι,
ῥάσσατέ τ'· ἐν δὲ θρόνοισ' εὐποιήτοισι τάπητας
βάλλετε πορφυρέους."

267. *Munditia*, etc.] Cic. ad Att. IX. 10. "Sicut ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς alienant immundæ, insulsæ, indecoræ." Adde (ex LAMB.) Lucret. IV. 1275, sqq.

"Nam facit ipsa suis interdum femina factis,
Morigerisque modis, et mundo corpori' cultu,
Ut facile insuescat secum vir degere vitam."

271. *Potissumus.*] 'Held in highest esteem.' Idem dixerat, Supra v. 110.

Hic te stare foris, fores quoi pateant mage, quam domus tua:
Domus quom hæc tua sit. Omne paratum est, ut jussisti, atque ut voluisti,
Neque tibi mora ulla est intus.—
Prandium, ut jussisti, hic curatum est: ubi lubet, licet ire adcubitum.
ME. Quicum hæc mulier loquitur?
ER. Equidem tecum.
ME. Quid mecum tibi
Fuit unquam aut nunc est negoti?
ER. Quia pol te unum ex omnibus
Venus me voluit magnificare; neque id haud inmerito tuo:
Nam ecastor solus benefactis tuis me florentem facis.
ME. Certo hæc mulier aut insana aut ebria est, Messenio,
Quæ hominem ignotum conpellet me tam familiariter.
MES. Dixin' ego, solere hic istæc fieri? Folia nunc cadunt,
Præut si triduom hoc hic erimus; tum arbores in te cadent:
Nam ita sunt hic meretrices omnes elecebræ argentariæ.

v, 273. Troch. Tetr. Cat. *Domus*, hic et in vers. prox. extrita *s* litera, (*domu'*) pronuntiand. 274. Troch. Tetr. 275. Troch. Dim. 276. Troch. Tetr. [*Duobus versibus* apud B: legitur.] *Prandium*, dissyll. [Supra 43.] 278.—350. Troch. Tetr. Cat. 280. *Venu'*. 281. *Tuis*, monosyll. [Infra 442.] 283. *Quæ*, non liquescit. B.

284. *Folia nunc cadunt.*] Proverbium est, significans, leve et minutum esse quod nunc erga te fit, si comparetur cum iis quæ intra triduum proximum, si tamdiu hic morabimur, evenient. Citat inter Adagia Erasmus, *Post Folia cadunt Arbores,* "Dictum quoties admonebimus leviores injurias si quis ferat, sequi atrociores."

286. *Elecebræ argentariæ.*] Ἴυγγες ἀργυρίου. LAMB.

Sed sine me dum hanc conpellare. Heus, mulier! tibi dico.
ER. Quid est?
MES. Ubi tu hunc hominem novisti?
ER. Ibidem, ubi hic me jam diu,
In Epidamno.
MES. In Epidamno, qui huc in hanc urbem pedem,
Nisi hodie, nunquam intro tetulit?
ER. Heia! delicias facis,
Mi Menæchme. Quin, amabo, is intro? hic tibi erit rectius.
ME. Hæc quidem edepol recte adpellat meo me mulier nomine.
Nimis miror, quid hoc sit negoti.
MES. Oboluit marsupium
Huic istuc, quod habes.
ME. Atque edepol tu me monuisti probe,
Accipedum hoc: jam scibo, utrum hæc me mage amet, an marsupium.
ER. Eamus intro, ut prandeamus.
ME. Bene vocas; tam gratia est.

v. 288. *Tu*, non liquescit. B. 289. Prius *Epidamno* non elid. [Vid. infra 293.] 292. *Meo*, monosyll. [Supra 117.] 293. *Nimi'*. [Supra 18.] *Negoti*, non eliditur; quod præcipue fit ubi sermonem alia persona excipit. [Vide supra 76. 289. &c.] 296. *Eamus*, dissyll. [Infra 337.]

287. *Heus! tibi dico.*] 'Hark ye! you, I say!' Vid. Gloss.

291. *Hic tibi erit rectius.*] *Hic*, domi nostræ, tibi erit melius quam foris. LAMB.

293. *Oboluit huic marsupium.*] 'She has got scent of that purse there of your's.' Quod scilicet modo in domini manus tradiderat Messenio, Supra v. 189. Eadem constructio Aul. 170. 'Aurum *huic olet.*' ('He snuffs my treasure.')

296. *Bene vocas.*] 'I'm much obliged; but had rather be excused.' Elegans recusandi for-

ER. Cur igitur tibi me jussisti coquere dudum prandium?
ME. Egon' te jussi coquere?
ER. Certo tibi et parasito tuo.
ME. Quoi, malum, parasito? Certo hæc mulier non sana est satis. 299
ER. Peniculo.
ME. Qui iste est Peniculus? qui extergentur baxeæ?
ER. Scilicet, qui dudum tecum venit, quom pallam mihi
Detulisti, quam ab uxore tua subripuisti.
ME. Quid est?
Tibi pallam dedi, quam uxori meæ subripui? sanan' es?
Certe hæc mulier cantherino ritu adstans somniat.
ER. Qui lubet ludibrio habere me atque ire inficias mihi,
Facta quæ sunt?
ME. Dic, quid est id, quod negem quod fecerim?

v. 298. *Egon' te*, rapide pronuntiand. [Infra 555.] *Tibi*, non elid. 302. *Quam*, non liquescit. 303. *Meæ*, monosyll. [Supra 292.] 304. *Ritu* d.

mula. Qualia sunt Græca, Κάλλιστ', Ἐπαινῶ, et simill. Exempla vid. in Gloss.

— *Tam gratia est.*] 'Nevertheless the favour is all the same, (as if I accepted your invitation).' *Tam* pro *tamen*: [Supra 170.] Stich. 450.

"Vocata est opera nunc quidem; *tam gratia est.*"

Adde Pseud. 715.

300. *Qui extergentur baxeæ?*] 'Do you mean the sponge with which my shoes are cleaned?' Nempe quem in vidulo conditum habeo. Lusus iterum in ambigua voce Peniculo; ut Supra 201. Similis est jocus in nomine Parasiti, Curcul. 581.

TH. "Ubi nunc Curculionem inveniam?
CA. In tritico facillime,
Vel quingentos *curculiones* pro uno faxo reperies."

304. *Somniat.*] Quia quasi in somnis nugas et deliramenta loquitur. Sic Infra 406. Confer SHAKSP.

ANT. S. "What was I married to her in my *dream?*
Or *sleep I now*, and think I hear all this?"

Et paullo post,

"Am I...*sleeping or waking?* mad or well advis'd?"
Com. of Err. Act. II. Sc. II.

ER. Pallam te hodie mihi dedisse uxoris.
ME. Etiam nunc nego.
Ego quidem neque unquam uxorem habui, neque habeo, neque huc
Unquam, postquam natus sum, intra portam penetravi pedem.
Prandi in navi; inde huc egressus sum; te conveni.
ER. Eccere,
Perii misera! quam tu mihi nunc navem narras?
ME. Ligneam,
Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo;
Quasi supellex pellionis, palus palo proxumust.
ER. Jam me, amabo, desine ludos facere, atque i hac mecum simul.
ME. Nescio quem, mulier, alium hominem, non me, quæritas.
ER. Non ego te novi Menæchmum, Moscho prognatum patre,
Qui Syracusis perhibere natus esse in Sicilia,
Ubi Rex Agathocles regnator fuit, et iterum Phintia,
Tertium Liparo, qui in morte regnum Hieroni tradidit,

v. 308. *Uxorem*, non liquescit. 314. *Atque i hac*, in dissyll. coalescunt. 315. *Alium*, non liquescit.

309. *Postquam natus sum.*] 'Since the day I was born.' H. e. Ex quo die. Infra 853. Eleganter Nost. SHAKSP.

ANT. S. "In Ephesus I am but two hours old,
As strange unto your town, as to your talk."
Com. of Err. Act. III. Sc. II.

313. *Palus palo proxumust.*] 'Peg is close to peg.' In illa nave, (de qua loquor,) *est palus proximus palo*, eodem modo quo in *supellectile pellionis*. Vid. Gloss.

316. *Moscho patre.*] Infra 976.

318-19. *Rex Agathocles*...sqq.] Agathocles memoratur in Mostell. 752. Qui autem plura de his regibus desiderant, adeant GRONOV. Equidem ineptum puto historicam

Nunc Hiero est?

ME. Haud falsa, mulier, prædicas.

MES. Proh Jupiter,

Num istæc mulier illinc venit, quæ te novit tam cate?

ME. Hercle, opinor, pernegari non potest.

MES. Ne feceris.

Periisti, si intrassis intra limen.

ME. Quin tace modo:

Bene res geritur. Adsentabor, quidquid dicet, mulieri,

Si possum hospitium nancisci. Mulier, jamdudum tibi

Non inprudens advorsabar: hunc metuebam, ne meæ

Uxori renuntiaret de palla et de prandio.

v. 327. B: ex conjectura, *Uxori* hæc *renuntiaret.*

diligentiam ex festivissimo Comico postulare, qui sæpe etiam data opera personas suas ἀναχρονίζειν effecerit. Cujus exemplum est, Epid. 32. sq. (Ubi, procul dubio de industria, servus inducitur *Patrocli* arma accipiens pro iis quæ, post hujus mortem, *Achilli* confecerit Vulcanus.) Quid vetat igitur, quo minus eandem licentiam meretrici mulierculæ, quam servo, concedamus? Apage, qui in scirpo nodum quærant; qui hujusmodi ineptiis oleum et operam insumant, quæ haud tanti sunt ut minutissimi temporis jactura in iis exquirendis fiat.

322. *Pernegari non potest.*] 'She cannot be refused any longer.' Non potest esse ut diutius ejus domum inire pernegem: subjicit enim Messenio, *Ne feceris,* (h. e. *Ne ineas,*) nam, si id feceris, perditum te amittet domum.

324. *Adsentabor.*] Iterum Plautum ante oculos habuit SHAKSP.

ANT. S. "I'll entertain the offer'd fallacy," &c.

Et mox,

"I'll say as they say;" sqq.
Com. of Err. Act. II. Sc. II.

325. *Hospitium nancisci.*] 'To get entertainment.'

326. *Hunc metuebam.*] Messenionem. Suppressa voce dictum, quasi ut ne ille audiat, quo facilius sibi credat Erotium.

Nunc, quando vis, intro eamus.

ER. Etiam parasitum manes?

ME. Neque ego illum maneo, neque flocci facio, neque si venerit,

Eum volo intromitti.

ER. Ecastor haud invita fecero.

Sed scin', quid te amabo ut facias?

ME. Impera, quid vis, modo.

ER. Pallam illanc, quam dudum dederas, ad phrygionem ut deferas;

Ut reconcinnetur, atque ut opera addantur, quæ volo.

ME. Hercle quin tu recte dicis: eadem ignorabitur,

Ne uxor cognoscat te habere, si in via conspexerit.

ER. Ergo mox auferto tecum, quando abibis.

ME. Maxume.

ER. Eamus intro.

ME. Jam sequar te: hunc volo etiam conloqui.

Eho, Messenio, huc accede!

MES. Quid negoti est?

ME. Subsili!

v. 330. *Eum,* monosyll. [Infra 362.] 334. *Eadem,* dissyllabice et ἀνεκθλίπτως pronuntiandum. [Sic in Lucret. I. 307. duæ priores literæ τοῦ *eædem* in unam syll. contrahuntur. Ibid. 481. etc. Supra 296. Infra 337.] 337. *Eamus,* [Supra 334.] *Te,* non elid. 338. *Eho,* monosyll. (Quæ sequuntur a Bothio emendata sunt.)

328. *Parasitum.*] Peniculum.

330. *Ecastor haud invita fecero.*] 'With all my heart, egad!' Subaud. *id,* post *fecero.*

334. *Eadem ignorabitur.*] Eadem *opera,* seu *ratione,* palla reconcinnata, et operibus additis, immutabitur, atque ita ignorabitur ab uxore, neque cognoscetur. LAMB. '*By the same contrivance* it will be so disguised, that my wife will not notice that you have it on.' *Eadem* est ablat: De qua Vid. Gloss.

338. *Subsili,* sqq.] Messenionem *subsilire* ac sibi plaudere jubet adolescens, ut qui non solum

MES. Quid eo opust?
ME. Opust.
MES. Scio: ut mendices.
ME. Tanto nequior.
Habeo prædam: tantum incepi operis! I, quantum potest;
Abduc istos in tabernam actutum devorsoriam;
Tum facito ante solem occasum ut venias advorsum mihi.
MES. Non tu istas meretrices novisti, here?
ME. Tace, inquam.
Mihi dolebit, non tibi, si quid ego stulte fecero.
Mulier hæc stulta atque inscita est, quantum perspexi modo.
Est hic præda nobis.
MES. Perii, jamne abis?—Periit probe!
Ducit lembulum dierectum navis prædatoria!

v. 340. *Tantum*, non liquescit. 343. *Tu* d. *Novisti* d. *Tace* d.

nihil perdiderit apud meretricem, sed etiam pallam ab ea jam acceperit. Tum Messenio, non tam facile adducendus ut hæc serio agi, neque aliquam subesse fraudem, existimet, ait: Quid eo opus est? 'Quid opus est, ut subsiliam gaudeamque?' Menæchmus autem pro imperio: Opus est, subjicit. Cui rursum servus stomachabundus: Scio (id quidem opus esse) ut mendices. [Supra 121.] Denique Menæchmus repetit, Tanto nequior: qua formula improbat amarius servi dictum, malumque omen, quod ei inest, abominatur. (Ter. Ad. IV. I. 12. "Nilne in mentem est? CT. Nusquam quidquam. SY. *Tanto nequior.*" Ad quem locum Donatus: "Sic hoc dictum est, ut e contrario dicimus, *Tanto melior.*") BOTHE.

341. *Istos.*] Nempe *Navales pedes*, navitas; Supra v. 264.

347. *Navis prædatoria.*] Supra v. 258.

— *Lembulum.*] Intell. Menæchmum.

Sed ego inscitus, qui domino me postulem moderarier:
Dicto me emit audientem, haud imperatorem, sibi.
Sequimini: ut, quod imperatum est, veniam advorsum temperi.

ACT. III. SCENA I.

PENICULUS.

Plus triginta natus annis sum, quom interea loci
Nunquam quidquam facinus feci pejus neque scelestius,
Quam hodie, quom in concionem mediam me inmersi miser,
Ubi ego dum hieto, Menæchmus se subterduxit mihi,
Atque abiit ad amicam, credo, neque me voluit ducere.
Qui illum perduint di omnes, qui conmentus primus est
Concionem habere, qui homines occupatos occupat!
Non ad eam rem otiosos homines decuit delegi,

vv. 351—367. Troch. Tetr. Cat. 351. *Quom;* 353, *Quam;* 354, *Dum;* et 356, *Di;* non eliduntur. 357. *Habere, qui.* Vulg. *Hac reque.* 358. *Rem,* non elid.

348. *Domino,* etc.] Supra 168. Confer SHAKSP.

DROM. S. "Thither I must, although against my will,
For servants must their masters' minds fulfil."
Com. of Err. Act. IV. Sc. I.

350. *Sequimini.*] Vos, navitæ. De quibus Supra 341.

357. *Occupatos occupat.*] Rudens 26.

"Di dabunt......tibi magnum malum,
Qui oratione hic *occupatos occupes.*"

358. *Otiosos homines.*] Oportet homines non aliter occupatos, (quibus nihil aliud sit quod agant,) *ad eam rem,* (nempe ad concionem habendam,) seligi.

Qui nisi adsint, quom citentur, census capiant eloco?
Adfatim est hominum, in dies qui singulas escas edunt,
Quibus negoti nihil est, qui esum neque vocantur neque vocant;
Eos oportet concioni dare operam atque comitiis.
Si id ita esset, non ego hodie perdidissem prandium,
Quoi tam credo deum voluisse, quam me video vivere.

v. 361. *Quibu'*. 362. *Eos*, monosyll. [Supra 330.] 363. *Si*, non liquescit. 364. *Deum*, Libri *Datum*; B.

359. *Census capiant.*] Magistratus, *censibus captis*, eos qui vocati ad concionem non venerint, multent. LAMB. Explicat PAREUS, *Pignoribus capiantur.* In quem adnotat GRÆV: "Pignoribus coerceri dicebantur, ex quorum domibus pignora capiebantur, propterea quod non comparuerint aut non juraverint, eaque pignora non reddebantur nisi prius soluta pecunia." Amph. Prol. 68.

"Pignus capiantur togæ."

360. *In dies singulas escas edunt.*] H. e. *In* singulos *dies, singulas escas edunt;* 'Eat but one meal a day.' Domi nempe cum semel prandium ceperint, nusquam foras in cœnam vocantur. Quod magnifice loquitur Parasitus; nimirum, Sese aliquem credens quod ipse toties injussus hospes alienæ mensæ accumbere soleret. *Singulas* autem cum *escas* arcte accipiendum: (In Epid. 52; "In dies minasque singulas," Constructio est, *Singulas minas in dies singulos.*)

361. *Negoti nihil.*] Ridicule dictum; magnum scilicet *negotium* fuit Ipsius Peniculi, qui totam operam in cute curanda insumebat, et id solum assidue agebat.

363. *Perdidissem prandium.*] Citat Casaub. in Theophr. Charact. VIII. *ad fin.* Παρεδειπνήθησαν.

364. *Quoi tam credo,* etc.] Stomachantis et ægre ferentis oratio. Quoi (mihi, *cui*) tam credo (tam certus sum) Deum voluisse (id, nempe, *ut prandium perderem,*) quam video me vivere. 'To whom as sure as I live the gods (or fate) intended this disaster:' (*I am satisfied fortune meant to play me this trick.*) Ter. Eun. V. II. 36. "Quid si hoc quispiam *voluit deus?*" Equidem Bothei conjecturam, (*Deum* pro *datum* reponentis,) hoc uno sensu expediendam censeo.

Ibo: etiamnum reliquiarum spes animum oblectat meum.
Sed quid ego? video Menæchmum? Cum corona exit foras!
Sublatum est convivium! Edepol venio advorsum temperi!

ACT. III. SCENA II.

MENÆCHMUS SOSICLES. PENICULUS.

ME. Potin' ut quiescas, si ego tibi hanc hodie probe
Lepideque concinnatam referam temperi?
Non esse eam dices faxo: ita ignorabitur.
PE. Pallam ad phrygionem fert confecto prandio,
Vinoque expoto, parasito excluso foras.
Non hercule is sum, qui sum, ni hanc injuriam
Meque ultus pulcre fuero! Observabo, quæ agat,
Hinc primum hominem; post adibo atque adloquar.
ME. Proh di inmortales, quoi homini unquam uno die
Boni dedistis plus, qui minus speraverit?

vv. 368—424. Iamb. Trim. 370. *Eam,* monosyll. [Supra 362.] 375. *Primum,* non liquescit. 376. *Quoi,* litera *i* tantum elid. [Infra 525.] 377. *Minu'.*

366. *Cum corona.*] Vid. Gloss. et Comment. ad Aristoph. Plut. 1041.

Γ. "Ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν.
Χ. Στεφάνους γε τοι καὶ δᾷδ' ἔχων πορεύεται."

368. *Hanc.*] Pallam, de qua Supra 332. Hæc autem Erotio ait Menæchmus Sosicles, ab ea, confecto prandio, exeuns.

373. *Non is sum qui sum,* etc.] Confert LAMB. Hom. IL. II. 259.

"Μηκέτ' ἔπειτ' Ὀδυσῆϊ κάρη ὤμοισιν ἐπείη,
Μήδ' ἔτι Τηλεμάχοιο πατὴρ κεκλημένος εἴην,
Εἰ μὴ ἐγώ........"

374. *Ultus.*] Duplici significatione ad, *hanc injuriam,* (take vengeance for,) *me*que, (avenge,) refertur.

Prandi, potavi, scortum adcubui, abstuli
Hanc, quojus heres nunquam erit post hunc diem!
PE. Nequeo quæ loquitur exaudire clanculum.
Satin' nunc loquitur de me et de parti mea?
ME. Ait hanc dedisse me sibi, atque eam meæ
Uxori subripuisse. Quoniam sentio
Errare; extemplo, quasi res cum ea esset mihi,
Cœpi adsentari: mulier quidquid dixerat,
Idem ego dicebam. Multis quid verbis opust?
Minore nusquam bene fui dispendio.
PE. Adibo hominem; nam turbare gestio.
ME. Quis hic est, qui advorsus it mihi?
PE. Quid ais, homo
Levior quam pluma, pessume et nequissume,
Flagitium hominis, subdole, ac minumi preti?
Quid de te merui, qua me causa perderes?
Ut subripuisti te mihi dudum de foro!
Fecisti funus me absente prandio.
Cur ausus facere, quoi ego æque heres eram?

v. 378. *Scortum;* et 384, *Cum;* non liquescunt. 388. *Adibo* d. [Supra 272. Stich. 225. Ter. Phorm. II. III. 22. et 55. Infra 710, *Ibo ad hominem* valet id. qu. *Adibo hominem.*] Vulg. et B: *Adibo* ad *hominem.* 389. *It.* B: *fit.* Mss. *sit.* [Litera *s* plane ex ult. syll. *τοῦ adversus* in vocem proximam translata.] 391. *Flagitium*, non liquescit. 394. *Me* d. 395. *Quoi* d.

390. *Levior quam pluma.*] Proverbialis locutio. Citat LAMB: Pœnul. 681.

"Si quid bene facias, *levior pluma* est gratia;
Si quid peccatum est, *plumbeas* iras gerunt."

Cic. Att. VIII. 15. "Nec me consules movent, qui ipsi *pluma aut folio facilius* moventur."

394. *Fecisti funus.*] Pro simplici, *confecisti prandium.* Vid. Supra 78.

395. *Æque heres.*] 'As much the heir as yourself.' Bothe laudat Lipsii Antiqq. Lectt. II. 13. "Funeri justa ut fiant, *heredis* curatio est. Huc respiciens para-

ME. Adulescens, quæso, quid tibi mecum est rei,
Qui mihi maledicas homini ignoto insciens?
An tibi malam rem vis pro maledictis dari?
Posce!
PE. Eam quidem edepol te dedisse intellego.
ME. Responde, adulescens, quæso, quod tibi nomen est.
PE. Etiam derides, quasi non nomen noveris?
ME. Non edepol ego te, quod sciam, unquam ante hunc diem
Vidi neque novi; verum certo, quisquis es,
Æquom si facias, mihi odiosus ne sies.
PE. Non me novisti?
ME. Non negem, si noverim.
PE. Menæchme, vigila!
ME. Vigilo hercle equidem, quod sciam.

v. 397. *Homini*, non liquescit; B. 399. *Eam*, monosyll. [Supra 370.]

situs, 'Hem! inquit, vappa hominis, cur ausus tu sepelire hoc prandium, et illi justa facere, cum ego legitimus *heres* nullus adfuerim?' De prandio autem, sive cœna, ut de *hereditate quapiam*, loquitur Plautus, Curcul. Stich. Trinum."

398. *Malam rem.*] Opponitur *maledictis*. Ut in Ter. Andr. II. v. 20.

"Renuntiabo, ut pro hoc *malo* (i.e. malo nuntio) mihi det *malum*."

Noster Curcul. 123.

PH. "Tace; nolo huic *maledici*.
PA. *Faciam* igitur *male* potius."

399. *Posce!*] 'Only ask, (and you shall presently have it!)' Bothei emendatio; cujus verba sunt, "Facete poscere malam rem jubetur Peniculus, quasi eam sibi *dari velit* pro conviciis. Neque inficete parasitus id se facturum negat, cum jam sic data sibi mala res sit a rege suo." Confer Pœnul. 1172.

"Num tibi, adulescens, malæ aut dentes pruriunt,
Qui huic es molestus, an *malam rem quæritas*?"

Et Amph. 867.

"Senecta ætate *a me mendicas malum*."

406. *Menæchme, vigila.*] 'Awake! you are dreaming.' Supra 304. Lucret. Lib. III. 1061.

"Vigilans stertis, nec somnia cernere cessas."

PE. Tuom parasitum non novisti?
ME. Non tibi
Sanum est, adulescens, sinciput, ut intellego.
PE. Responde: subripuistin' uxori tuæ
Pallam istanc hodie, ac dedisti Erotio?
ME. Neque hercle ego uxorem habeo, neque ego Erotio
Dedi, nec pallam subripui.
PE. Satin' sanus es?
Occisa est hæc res! Non ego te indutum foras
Exire vidi pallam?
ME. Væ capiti tuo!
Omnis cinædos esse censes, tu quia es?
Tun' me indutum fuisse pallam prædicas?
PE. Ego hercle vero.
ME. Non tu abis, quo dignus es,
Aut te jubes piari, homo insanissume?
PE. Nunquam edepol me quisquam exorabit, quin tuæ
Uxori rem omnem jam, uti sit gesta, eloquar!

v. 408. *Ut*, Sic V. [Quod facile ob præced. *ὁμοιοτέλευτον* omitti potuit.] B: *Sinciput; intellego:* (posteriori syll. *τοῦ sinciput*, propter interpunctionem, producta.) 410. *Hodie*, non liquescit. [Infra 502.] B: *dedidisti*. 412. *Subripui*, Ita V. B: *Surpui*, [Ut Hor. Sat. II. III. 283. etc.] *Satin'*, rapide pronunt. 420. *Jam*, non liquescit.

412. *Satin' sanus es?*] 'What, are you quite in your senses?' Ter. Andr. IV. v. 10.

"*Satin' sanus*, qui me id rogites?"

414. *Væ capiti tuo!*] Supra 192.

416. *Indutum pallam.*] Vide Supra v. 70. et 114. Unde satis apparebit quare pro insigni contumelia accipiat Menæchmus, se ab ignoto isto homine *pallam indutum fuisse* prædicari.

417. *Quo dignus es.*] H. e. *dierectus*, in malam crucem, aut simile quid.

418. *Te jubes piari.*] Supra 206.

420. *Uxori*, etc.] Apud gemellam hujus fabulam, SHAKSP: *Com. of Errors*, hæc pars aliquanto melius meretrici tribuitur, cujus opera uxori de furto et prandio renunciatur.

Omnes in te istæc recident contumeliæ!
Faxo haud inultum prandium comederis!
ME. Quid hoc negoti est? satin', ut quemque conspicor,
Ita me ludificant? Sed concrepuit ostium.

ACT. III. SCENA III.

ANCILLA. MENÆCHMUS SOSICLES.

AN. Menæchme, amare ait te multum Erotium,
Ut hoc nunc una opera ad aurificem deferas,
Atque huic ut addas auri pondo unciam,
Jubeasque spinther reconcinnari novom.
ME. Et istuc et aliud, si quid curari volet,
Me curaturum dicito, quidquid volet.
AN. Scin', quod hoc sit spinther?
ME. Nescio, nisi aureum.
AN. Hoc est, quod olim clanculum ex armario
Te subripuisse aiebas uxori tuæ.

v. 422. *Inultum*, Græv: conj. *Inultus*; (Sed illud magis Plautinum.) 425—458. Iamb. Trim. 427. *Pondo* d. 428. *Reconcinnari*; *Re* in compositione porrigi solet apud Veteres; B. 429. *Istuc*, prior syll. corrip. [Supra 18.] 431. *Quod*, media extrita litera (*Qu'd*) pronunt. B: [Vid. Supra 69. Infra 465.]

422. *Haud inultum.*] Quod modo dixerat v. 374.

423. *Satin'.*] Supra 100. Intellige, Satisne *mirum est?* (aut tale aliquid.) 'Isn't it strange, that as sure as I see any body, so surely do they begin to mock me?'

426. *Hoc.*] Scil. spinther.

431. *Scin', quod hoc sit spinther?*] Ita ait, quia (ut verisimile est,) spinther in manu mirabundus ille versabat, ut quod nunquam ante vidisset, nec quid sit istud miraculi divinare ullo modo potuisset.

ME. Nunquam hercle factum est.
AN. Non meministi, obsecro?
Redde igitur spinther, si non meministi.
ME. Mane:
Imo equidem memini: nempe hoc est, quod illi dedi.
AN. Istud.
ME. Ubi illæ armillæ sunt, quas una dedi?
AN. Nunquam dedisti.
ME. Nam pol hoc una dedi.
AN. Dicam curare?
ME. Dicito, curabitur.
Et palla et spinther faxo referantur simul.
AN. Amabo, mi Menæchme, inauris da mihi
Faciundas pondo duom numum, stalagmia:
Ut te lubenter videam, quom ad nos veneris.
ME. Fiat. Cedo aurum; ego manupretium dabo.

v. 434. *Meministi*, non liquescit. 436. *Illi*, prior syll. corrip. [Supra 46.] B: *ei*. 442. *Duom*, monosyll. [Supra 281.].

438. *Nam pol hoc una dedi.*] H.e. *Nunquam dedi.* 'Surely I gave one as much as the other.' Sic Infra 651.

439. *Curare?*] Te *curaturum* ut hæc fiant; quod ipse ait Infra 448. Sic Asin. 423; *Reddere*, pro *redditurum*. Etc.

440. *Simul.*] Nimirum *nunquam*. Vide in v. 438.

443. *Ut te lubenter videam.*] Apposite citat LAMB. Ter. Heaut. II. III. 60.

"Nam disciplina est eisdem, munerarier
Ancillas primum, ad dominas qui adfectant viam."

Adde Nost. Asin. 167. sqq.

"Volt placere sese amicæ, volt mihi, volt pedisequæ,
Volt famulis, volt etiam ancillis; et quoque catulo meo,
Subblanditur novos amator: se ut quom videat, gaudeat."

Ov. Ars. Am. I. 353.

"Sed prius ancillam captandæ nosse puellæ
Cura sit: accessus molliat illa tuos."

444. *Cedo aurum, etc.*] 'Do you furnish the gold: (*the material:*) I will pay for the making.' Vid. Gloss.

AN. Da sodes abs te: post ego reddidero tibi.
ME. Imo cedo abs te.
AN. Ego post tibi reddam duplex.
ME. Non habeo.
AN. At tu, quando habebis, tum dato.
Numquid vis?
ME. Hæc me curaturum dicito,—
Ut, quantum possit, quique liceant, veneant.
Jamne abiit intro? Abiit, operuit foris.
Di me quidem omnes adjuvant, augent, amant.
Sed quid ego cesso, dum datur mi occasio,
Tempusque, abire ab his locis lenoniis?
Propera, Menæchme! fer pedem! confer gradum!
Demam coronam, atque abiciam ad lævam manum, ut,
Si qui sequantur, hac me abiisse censeant.
Ibo et conveniam servom, si potero, meum:
Ut hæc, quæ bona di mihi danunt, ex me sciat.

v. 447. *Habeo*, non elid. [Vid. in v. 293.] 450. *Intro* d.

448. *Numquid vis?*] Vide Gloss. in v. 242.

449. *Ut quantum possit*, etc.] Sensus est, Ut quam primum, quantique liceant, vendantur. 'Tell her that I will see to them—(*Aside*) that they be sold with as little loss of time as may be, and for what they will fetch.' Priora quidem clare, et ut audiat ancilla, loquitur; Posteriora, submissa voce, et jam hac discedente, subjicit.

451. *Di me adjuvant*, etc.] Confer Ter. Andr. V. VI. 9.

"Solus es quem diligunt Di."

Et Phorm. V. v. 14.

"Sine controversia ab Dis solus diligere."

— *Augent.*] Scil. bonis et beneficiis. 'Heap favours on me.' Me ditant et locupletant.

455. *Coronam.*] Supra 366. Hinc in proxima scena erroris occasio oritur.

ACT. IV. SCENA I.

MULIER. PENICULUS.

MU. Egone hic me patiar in matrimonio,
Ubi vir conpilet clanculum quidquid domi
Est, atque ad amicam deferat?
PE. Quin tu taces?
Manufesto faxo jam opprimes; sequere hac modo.
Pallam ad phrygionem cum corona ebrius
Ferebat, hodie tibi quam subripuit domo.
Sed eccam, coronam, quam habuit! Num mentior?
Hem, hac abiit, si vis persequi vestigiis.
Atque edepol, eccum, optume revortitur;
Sed pallam non fert.
MU. Quid ego nunc cum illoc agam?
PE. Idem, quod semper; male habeas.
MU. Sic censeo.
PE. Huc concedamus; ex insidiis aucupa.

v. 459.—470. Iamb. Trim. 459. *In;* Ita Mss. (Ut syllaba secunda in *Egone* producatur.) B: *Indu,* (Ut Curc. 435. Merc. 967, &c.) Sed non verisimile est *indignantem* mulierem exquisitiori forma pro vulgari uti: Siquidem "Verum nec nocte paratum Cantabit, qui me volet incurvasse querela." 463. *Corona* d. 465. *Sed,* metri gratia elid. (*S'd eccam,*) [Supra 192. 431.] et *quam,* non elid. B. 467. *Eccum,* non liquescit.

462. *Manufesto faxo,* etc.] 'I'll contrive that you shall catch him *in the very act.*' Ἐπ' αὐτοφώρῳ. Cum his conferas locum simillimum, Asin. 850. sqq.

"Sequere hac me modo: jam faxo ipsum hominem manufesto opprimas."......

466. *Hem, hac abiit.*] 'Ha! he has gone this way.' Lævorsum nempe, qua coronam, (v. 455.) fallendi causa abjecerat Menæchmus.

470. *Huc concedamus.*] Supra 81. 'Let us stand aside here, and observe him from ambush.' Asin. 855.

"Aucupemus ex insidiis clanculum, quam rem gerant."

ACT. IV. SCENA II.

MENÆCHMUS. MULIER. PENICULUS.

ME. Ut hoc utimur maxume more moro, molestoque multum!
Atque uti quique sunt optumi maxumi,
Morem habent hunc; clientis sibi omnes volunt
Esse multos; bonine an mali sint, id haud
Quæritant: res magis quæritur, quam fides
Quojusmodi clueat.
Si est pauper atque haud malus: nequam habetur;
Sin dives malust: is cliens frugi habetur.
Qui nec leges, neque æquom bonum usquam colunt,
Sollicitos patronos habent.

v. 471. Bacchiacus Senarius. 472—475. Cret. Tetram. [Supra 36. sqq.] 476. Cret. Dim. *Quojusmodi*, duæ priores syllabæ in unam coalescunt. *Clueat*, quasi *Cluveat* pronuntiand. 477, 478. Bacch. Tetr. *Si*, non liquescit. [Infra 653.] 479. Cret. Tetr. 480. Bacch. Trim. Cat.

471. *Ut hoc utimur*, etc.] Sic Stich. 610.

"More hoc fit atque stulte mea quidem sententia."

472. *Optumi maxumi.*] Hi sunt Optimates, Principes in civitate.

475. *Res magis quæritur quam fides.*] Notum Juv. Sat. III. 143.

"Protinus *ad censum, de moribus ultima fiet Quæstio*. Quot pascit servos?......
Quantum quisque sua nummorum servat in arca,
Tantum habet et fidei."

Et Hor. Sat. I. I. 61.

"At bona pars hominum decepta cupidine falso,
Nil satis est, inquit; quia *tanti, quantum habeas, sis.*"

476. *Fides Quojusmodi clueat.*] 'The question is rather as to his income, than the character he is said to bear.' Cujusmodi sit *fama* alicujus nunquam inquiritur: Una est quæstio, sint *divites*, necne.

479. *Colunt.*] Ex singulari numero in pluralem transiit; quod haud raro in istiusmodi sententiis factum est.

Datum denegant, quod datum est; litum pleni,
Rapaces, viri fraudulenti,
Qui aut fœnore aut perjuriis habent rem partam;
Mens est in querelis.
Juris ubi dicitur dies; simul patronis dicitur:
Quippe qui pro illis loquantur, quæ male fecerint.
Aut ad populum, aut in jure res est, aut ad judicem.
Sicut me hodie nimis sollicitum cliens quidam habuit,
Neque, quod volui, agere quidquam licitum est: ita
me adtinuit. [ita detinuit.]
Apud Ædilis, prœliis factis plurimisque pessumisque,

v. 481. Bacch. Tetr. 482. Bacch. Trim. 483. Iamb. Trim. Hypercat. B. [Nisi rectius ad Bacchiacos referendus sit.] 484. Bacch. Dim. 485. Iamb. Tetr. 486. Iamb. Trim. *Quippe*, ult. litera elisa, (*Quipp'*) pronuntiand. B. 487, 488. Troch. Tetr. Cat. *Populum*, non liquescit. 488. Med. *Nimi'*. *Quidam*, non liquescit. 489. *Ita detinuit*, (pro glossem. in sensum inusitatiorem τοῦ *adtinuit*,) uncinis inclusi; ut sit versus idem cum præcedd. Troch. Tetr. Cat. *Volui*, et *me*, ἀνεκθλίπτως pronuntianda. 490, 491. Troch. Tetr. *Prœliis*, dissyll.

481. *Litum pleni.*] H. e. Litigiosi, litium amantes: φιλόδικοι.

484. *Mens est in querelis.*] 'They are always engaged in some suit.' Nunquam deest iis querendi et litigandi causa.

486. *Pro illis dicant.*] Græce, Ἀπολογίζεσθαι ὑπέρ. GRÆV.

— *Quæ male fecerint.*] H. e. *De iis peccatis*, quæ admiserint.

487. *Ad populum*, etc.] Distinguit inter eos, quibus res est *ad populum*, (quod fit in judiciis publicis, et comitiis populi;) et inter eos, quibus res est *ad judicem*, (nempe vel ab alio Prætore ex albo datum, vel a litigantibus captum;) et denique inter illos, quibus res est *in jure*, (nempe apud Prætorem ipsum.) Cicero, De Orat. I. XI. "Nam si quis hunc statuit esse oratorem, qui tantummodo *in jure*, aut *in judiciis* possit, aut *apud populum*, aut in Senatu copiose loqui".... GRON. *Lect. Plaut.* p. 213.

489. *Adtinuit.*] 'Held me close to him.' *Ad* latus suum arctius *tenuit*. (Qui cum rarior sit hujus vocis sensus, verisimile est τὸ *detinuit*, glossæ loco, a librariis subjungi. Vid. in Nott. Critt.)

490. *Prœliis factis.*] Interpr. Angl. 'When I had battled for

Dixi causam; conditiones tetuli tortas, confragosas;
Aut plus aut minus, quam opus erat, multo controversiam
Duxeram, ut ne sponsio fieret. Quid illic?—Quid? Prædem dedit;
Nec magis manufesto ego hominem unquam ullum teneri vidi:
Omnibus malefactis testes tres aderant acerrumi.
Di illunc omnes perdant, (ita mi hunc hodie conrupit diem,)
Meque adeo, qui hodie forum unquam oculis inspexi meis!

vv. 492, 493. Troch. Tetr. Cat. *Illic*, prior syll. corrip. *Ut ne* B: pro V: *uti*. 494. Troch. Tetr. *Hominem*, non liquescit. 495—498. Troch. Tetr. Cat. 497. *Unquam*, non liquescit.

him before the Ædiles.' Metaphorice dictum, de *verbivelitatione*, seu λογομαχίαις, utrinque advocatorum.

— *Plurimisque pessumisque.*] Græce, Πολλοῖς καὶ κακοῖς. Infra 661.

492. *Aut plus aut minus.*] Pro usitatiori, *Plus minusve.* Quod autem ad sententiam refert, consulas Cic. Att. IV. 3. *post med.* "Metellus *calumnia dicendi tempus exemit,* adjuvante Oppio, etiam hercule familiari tuo." Nimirum (ut explicat Manut.) cum "astutia uteretur, multaque malitiosus injiceret, ut dicendi tempus eximeret, ne senatus-consultum contra Clodium fieri posset."

— *Controversiam.*] H.e. Litem.

493. *Duxeram.*] Produxeram. 'I had protracted.' *Duxit* controversiam Menæchmus, h. e. ex longa longiorem fecit de industria, ut judex fatigatus rem dubiam arbitraretur, et reum (cui patronus Menæchmus,) *sine sponsione* dimitteret, quo nihil melius honestiusque evenire poterat homini. Sed is imprudens *ipse* prædem dedit. Bothe.

— *Quid illic?*] Ille; scil. cliens meus. 'What must he go and do?'

497. *Meque adeo.*] Vide Gloss. Et confer Ter. Eun. II. iii. 12.

"Ut illum di deæ omnes senium perdant,
qui hodie me remoratus est;
Meque adeo, qui restiterim!"

Diem conrupit! Optumum jussi adparari prandium;
Amica expectat me scio. 499
Ubi primum licitum est, eloco properavi abire de foro.
Irata est, credo, nunc mihi. Placabit palla, quam dedi,
Quam hodie uxori abstuli, atque huic detuli Erotio.
PE. Quid ais?
MU. Viro me malo male nuptam.
PE. Satin' audis, quæ illic loquitur?
MU. Satis.
ME. Si sapiam, huc intro abeam, ubi mihi bene siet.
MU. Mane: male erit potius!
Næ illanc mecastor fœnerato abstulisti! Sic datur! 506
Clanculum te istæc flagitia facere censebas potesse?
ME. Quid illuc est, uxor, negoti?
MU. Men' rogas?
ME. Vin' hunc rogem?
PE. Aufer hinc palpationes!—Perge tu.
ME. Quid tu mihi

v. 498. *Diem,* monosyll. [Supra 80.] 499. Iamb. Dim. 500—502. Iamb. Tetr. 502. *Hodie, abstuli,* et *detuli,* non elid. 503. Bacch. Tetr. 504. Bacch. Tetr. Cat. [Sed de hoc versu et præced. minus constat.] 505. Troch. Tetr. *Mane,* ult. corrip. [Supra 99.] 506. Iamb. Tetr. *Fœnerato,* non eliditur. 507. Troch. Tetr. 508—576. Troch. Tetr. Cat. 508. *Illuc,* prior syll. corrip. [Supra Prol. 22, 23.]

506. *Sic datur!*] 'There take it.' Intellige *fœnus,* ex verbo *fœnerato;* nempe, *Malum id* quod petis, hem! tibi, *sic datur!* et sane cum grandi fœnere. De qua castigandi formula vid. in Gloss. Cæterum, dum hæc loquitur, haud minus *factis* quam dictis supplicium de misero capite sumit.

508. *Quid illuc est negoti?*] 'What's the matter now?' Supra 423.

509. *Aufer hinc palpationes!*] Anglice, 'Come, hands off! if you please: Don't touch *me.*' Nam cum Menæchmus manum, ut mos erat, familiariter Peniculo injecerit, inscius quid, se absente, huic male evenerit, iste indignabundus se subtrahit, neque attingi sinit.

Tristis es?
MU. Te scire oportet.
PE. Scit; sed dissimulat malus.
ME. Quid negoti est?
MU. Pallam....
ME. Pallam?
MU. Quidam pallam....
PE. Quid paves?
ME. Nil equidem paveo.
PE. Nisi unum—palla pallorem incutit.
At tu ne clam me comessis prandium!—Perge in virum!
ME. Non taces?
PE. Non hercle vero taceo.—Nutat, ne loquar.
ME. Non hercle ego quidem usquam quidquam nuto neque nicto tibi.
MU. Næ ego mecastor mulier misera!
ME. Qui tu misera es, mi expedi!
PE. Nihil hoc confidentius, qui, quæ vides, ea pernegat!
ME. Per Jovem deosque omnis adjuro, uxor, (satin' hoc est tibi?)

v. 512. *Nisi unum...incutit,* MENÆCHMO tribuuntur apud B: 518. *Deos,* monosyll. [Supra 134.] (Infra 557. Ubi iterum hic versus occurrit.)

Sic infra 529; Mulier irata ait, "*Aufer manum!*" Vide in Gloss. Alii quidem aliter accipiunt: cum autem ne unum quidem mellitum verbum Menæchmus adhuc ediderit, satius visum est hujus loci sensum ad id quod *factis* exhiberi posset, quam ad dicta, referre.

511. *Quidam.*] 'A certain person.' Supple: Abstulit. Ironice dictum, quasi nesciret Menæchmus se innui. Vid. Gloss. Ubi exempla nonnulla hujus vocis hac significatione usurpatæ adducuntur.

517. *Nihil hoc,* etc.] Infra 533.

Me isti non nutasse.
PE. Credit jam tibi de isto; illuc redi!
ME. Quo redeam ego?
PE. Equidem ad phrygionem censeo, et pallam refer!
ME. Quæ istæc palla est?
MU. Taceo jam; quando hic rem non meminit suam.
ME. Num quis servorum deliquit? num ancillæ aut servi tibi
Responsant? Eloquere. Inpune non erit.
PE. Nugas agis.
ME. Tristis admodum es. Non mi istuc satis placet.
PE. Nugas agis.
ME. Certe familiarium aliquoi irata es.
PE. Nugas agis.
ME. Num mihi es irata saltem?
PE. Nunc tu non nugas agis.
ME. Non edepol deliqui quidquam.
PE. Hem, rursum nunc nugas agis.

v. 524. *Sati'*, [Supra 18.] 525. *Aliquoi*, litera *i* tantum elid. [Vide Supra 376.]

519. *De isto.*] Nempe de *nutando*, aut *nictando* mihi: sed *illuc* (h. e. ad illud) *redi;* nempe de palla ex domo surrepta. Sic Cistell. 336.

> " Teneo *istuc* satis;
> Sed ego *illud* quæso."

Et Ter. Heaut. II. II. 32.

> " *Hoc*, quod cœpi, primum enarrem;
> Post *istuc* veniam."

Vide Supra Prol. 56.

520. *Ad phrygionem.*] Subaud. *redi;* quod verbum hoc loco *proprio* sensu (non, ut versu priori, *translato*,) usurpatur.

523. *Responsant.*] Obloquuntur, ferociter et irreverenter respondent. GRON. Exempla vide in Gloss.

— *Inpune non erit.*] 'They shall not do so with impunity.' Nempe servi seu ancillæ, si quid deliquerint, aut tibi oblocuti fuerint, punientur.

— *Nugas agis.*] Supra Prol. 54.

ME. Dic, mea uxor, quid tibi ægre est?
PE. Bellus blanditur tibi!
ME. Potin', ut mihi molestus ne sis? num te adpello?
MU. Aufer manum!
PE. Sic datur! Properato absente me comesse prandium,
Post ante ædis cum corona me derideto ebrius!
ME. Neque edepol ego prandi, neque hodie huc intro tetuli pedem.
PE. Tun' negas?
ME. Nego hercle vero.
PE. Nihil hoc homine audacius.
Non ego te modo hic ante ædis cum corona florea
Vidi adstare, quom negabas, mi esse sanum sinciput?
Et negabas, me novisse; peregrinum aibas esse te?
ME. Quin ut dudum devorti abs te, redeo nunc demum domum.
PE. Novi ego te: non mihi censebas esse, qui te ulciscerer.
Omnia hercle uxori dixi.
ME. Quid dixisti?
PE. Nescio.

v. 536. *Aibas*, Ita B: pro vulg. *aiebas*. (Vide in Gloss.)

528. *Quid tibi ægre est?*] 'What is it that offends you?'

— *Bellus.*] Εἰρωνικῶς dictum.

529. *Aufer manum.*] Supra 509.

530. *Sic datur!*] 'Now you have it, as you deserve!' De hac formula vide Supra 506.

533. *Nihil hoc homine audacius.*] 'Nothing can exceed this man's impudence.' Supra 517.

534. *Corona florea.*] Vide Gloss. in v. 366.

538. *Qui te ulciscerer.*] 'You did not guess that I had the means wherewithal to avenge myself.' *Qui*, pro *quo*, ut Supra 219; et passim.

Ipsus eam roga.

ME. Quid hoc est, uxor? quidnam hic narravit tibi?
Quid id est?—Quid taces? quin dicis, quid sit?

MU. Quasi tu nescias,
Me rogas!

ME. Pol haud rogem te, si sciam.

PE. O hominem malum!
Ut dissimulat! Non potes celare: rem novit probe: 543
Omnia hercle ego edictavi.

ME. Quid id est?

MU. Quando nil pudet,
Neque vis tua voluntate ipse profiteri; audi atque ades!
Et quid tristis, et quid hic mihi dixerit, faxo scias. 546
Palla mihi est domo subrepta.

ME. Palla subrepta est mihi?

PE. Viden', uti scelestus captat? Huic subrepta est, non tibi:

v. 540. *Roga*, ult. syll. corrip. [Vide in v. 142.] 545. *Neque vis tua*, Ita V. [*Tua*, monosyll. Ut Supra 281. Infra 560, &c.] B: *Neque tua voluntate ipse* vis *profiteri.*

546. *Quid tristis.*] Subaud. *sim.* 'Why I am so displeased.' Supra 524.

547. *Palla subrepta est mihi?*] Nota, *mihi* vult accipi Menæchmus pro, *a me*, (a domo mea.) Nam cum viri et uxoris omnia sint communia, quæ *ab hac* subrepta sunt, ad *illum* æque pertinent. Quærit igitur captiosus, num ab se sit palla subrepta, cum interea pulcre calleat se illam ipsam Erotio detulisse. Sed eadem verba, si absque interrogatione legantur, valent, Palla subrepta est *in meos usus*; nempe ut ad Erotium, meos amores, deferretur: et sic (ne mentiatur, aut spectatoribus palam dissimulator appareat,) *tacite* secum ipse intelligit. Hujus constructionis exempla sunt, Pers. Sat. VI. 64. "Minui *mihi*." (I have spent it *for my own occasions.*) Aul. 586. S. "Nil equidem *tibi* abstuli." (*from you.*) E. "At illud, *tibi* quod abstuleras, cedo." (*for your own purposes.*) Vide in vers. sq.

548. *Uti scelestus captat?*] 'See how the rogue equivocates!' Quæ Menæchmus dubitanter qui-

Nam profecto tibi subrepta si esset, salva nunc foret. 549
ME. Nil mihi tecum est. Sed tu quid ais?
MU. Palla, inquam, periit domo.
ME. Quis eam subripuit?
MU. Pol istuc ille scit, qui illam abstulit.
ME. Quis hic homo est?
MU. Menæchmus quidam.
ME. Edepol factum nequiter!
Quis is Menæchmust?
MU. Tu istic, inquam.
ME. Egone?
MU. Tu!
ME. Quis arguit?
MU. Egomet.
PE. Et ego. Atque huic amicæ detulisti Erotio.

v. 552. *Quidam*, non liquescit. 553. *Quis is*, rapide pronuntiand. ut in unam syllabam coalescant, (*Qu' is.*) [Vide Supra 65.]

dem, sed cum quodam interrogandi vultu, dixerat, ea ad verbum accipit Peniculus, cum ipse, (ut qui conscius fuerit,) dolosas viri captiones odoretur. Similiter ludit Noster, Cist. 231.

A. "Non remissura es mihi illam?
M. Pro me responsas tibi."

H. e. (abjecta interrogationis nota,) *Non remissura sum.* Item Curcul. 41.

PH. "Obloquere? P. Fiat maxume.
PH. Etiam taces?
P. Nempe obloqui me jusseras."

(Non autem jusserat; sed *cum interrogatione vetuit;* 'Will you interrupt me?') Rudens. 254.

T. "Non venit? A. Vera prædicas."

(Nempe, eum *non venisse.*) Cæterum, quod ad sententiam, confer SHAKSP. *Hamlet,* Act. V. Sc. I.

"How absolute the knave is! we must speak by the card, or equivocation will undo us."

Nost. Rud. 993.

"Viden', scelestus ut aucupatur?"

— *Huic.*] Uxori. 'It was stolen from *her*, not from *you.*'

549. *Tibi.*] 'From you.' Si a te, Menæchme, subrepta esset, (cum eam scilicet deferres ad Erotium,) et huic, *uxori,* reddita esset, nimirum salva nunc foret. Ex GRONOV. Unde etiam præcedd. partim exscripsi.

ME. Egon' dedi?
PE. Tu, tu istic, inquam! Vin' adferri noctuam,
Quæ Tu Tu usque dicat tibi? nam nos jam defessi sumus.
ME. Per Jovem deosque omnis adjuro, uxor, (satin' hoc est tibi?)
Non dedisse.
PE. Imo hercle vero, nos non falsum dicere.
ME. Sed ego illanc non condonavi; sed sic utendam dedi.
MU. Equidem ecastor tuam nec chlamydem do foras, nec pallium,
Quoiquam utendum. Mulierem æquom est vestimentum muliebre
Dare foras, virum virile. Quin refers pallam domum?

v. 555. *Egon'*, rapide pronuntiand. [Supra 298.] 557. *Deos*, monosyll. [Supra 518.] 560. *Tuam*, monosyll. [Supra 545. Infra 625.]

555. *Noctuam.*] Cuivis in mentem occurret, SHAKSP. I. *Henr.* IV.

"I'll have a starling shall be taught to speak
Nothing but MORTIMER, and give it him
To keep his anger still in motion."
Act. I. Sc. III.

556. *Tu, Tu.*] Alludit ad noctuæ vocem, *Too Too;* [nam sic pronunutiandam esse literam *u* notavit LAMB: ubi *longa* est; secus si *brevis;* tum enim ut ultima syllaba in *maximus* pronuntiatur.] Citant hoc loco Ausonii versum,

"Cecropiis ignota sonis ferale sonans U
Noctua."

Vide Gloss.

557. *Per Jovem,* etc.] Supra 518.

558. *Non dedisse.*] Scil. Me. Recte hic observat GRUT: Cavillari Menæchmum, et dicere, se non tam *dedisse* pallam, quam *commodasse;* ideoque, quando velit, recipere posse. Quo pertinet, (quod Idem citat,) Trinum. 1096.

"Quod *datum utendum,* id repetundi copia est quando velis."

559. *Non condonavi.*] 'I have not given her it *for good.*' Non donavi ut *proprium* et *perpetuum* habeat. Aliter autem accepisse Erotium, apparet ex ejus verbis Infra 591.

— *Sic.*] 'Merely.' Cum gestu pronuntiatur, δεικτικῶς. BOTHE.

ME. Ego faxo referetur.
MU. Ex re tua, ut opinor, feceris:
Nam domum nunquam introibis, nisi feres pallam simul.
PE. Ehodum, quid mihi futurum est, qui tibi hanc operam dedi?
MU. Opera reddetur, quando quid tibi erit subreptum domo.
PE. Id quidem edepol nunquam erit: nam nihil est, quod perdam, domi.
Cum virum, cum uxorem, di vos perdant! Properabo ad forum:
Nam ex hac familia me plane excidisse intellego.
ME. Male mihi uxor se fecisse censet, quom excludit foras,
Quasi non habeam, quo intromittar, alium meliorem locum.
Si tibi displiceo, patiundum; at placuero huic Erotio,
Quæ me non excludet ab se, sed apud se occludet domi.

v. 564. *Introdibis.* 565. *Ehodum*, etc. Hæc ex Acidal: conject. V: ME. *Ego domum?* PE. *Quid mihi......*B: Eo *domum*. (et MULIERI tribuit.) 569. *Plane* d.

565. *Quid mihi*, etc.?] 'What am I to have for doing you this service?'

566. *Opera reddetur.*] 'The favor shall be returned, when you have anything stolen from your house.' Quod joci causa ait, ut Parasiti inopiam, (de qua ipse, Supra v. 29, sqq. questus est,) tacite irrideat.

568. *Cum virum, cum uxorem.*] 'Both husband and wife.' Id est, *et* virum *et* uxorem.

569. *Excidisse intellego.*] Ita Cist. 227.

"Hic apud nos jam confregisti tesseram."

Hospitium, ait, sibi alibi quærendum est, hic enim jam plane *extra numerum* se esse intelligit.

570. *Foras.*] Minime, cum Lambino, *foris* legas; nam tantum abest verbum *excludit* ut quietem significet, ut præ cæteris ferme *motum* in se contineat. Stabitne tandem *sic*, exclusus? Imo, quantum potest, se alio, si sapit, conferet.

Nunc ibo; orabo, ut mihi pallam reddat, quam dudum dedi.
Aliam illi redimam meliorem. Heus, ecquis hic est janitor?
Aperite, atque Erotium aliquis evocate ante ostium.

ACT. IV. SCENA III.

EROTIUM. MENÆCHMUS.

ER. Quis hic me quærit?
ME. Sibi inimicus mage quam ætati tuæ.
ER. Mi Menæchme, cur ante ædis adstas? Sequere intro.
ME. Mane.
Scin' quid est, quod ego ad te venio?
ER. Scio: ut tibi ex me sit volup.
ME. Imo edepol pallam illam, amabo te, quam tibi dudum dedi,
Mihi eam redde: uxor rescivit rem omnem, ut factum est, ordine.
Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, quam voles.
ER. Dedi equidem illanc, ad phrygionem ut ferres, tibi paulo prius,
Et illud spinther, ut ad aurificem ferres, ut fieret novom.

vv. 577—602. Troch. Tetr. Cat. *Quis*, ult. litera elisa (*Qui'*) pronunt. [Supra 553.] *Quam*, non liquescit. B: legit *quamde*. 579. *Scio*, monosyll. 584. *Illud*, prior syll. corrip. [Supra Prol. 22, 23.]

582. *Redimam.*] 'I will buy you instead any shawl worth twice as much, which you shall choose.' Vid. Gloss. Supra 575.

584. *Ad aurificem*, etc.] 'That you might take it to the jeweller's, to be recast.' Vid. Gloss. in. v. 426.

ME. Mihi tu ut dederis pallam et spinther? Nunquam factum. Relege, sis. 585
Nam ego quidem postquam illam dudum tibi dedi, atque abii ad forum;
Nunc redeo, nunc te postilla video.
ER. Video, quam rem agis:
Quæ conmisi, ut me defrudes, ad eam rem adfectas viam.
ME. Neque edepol te defrudandi causa posco. Quin tibi
Dico, uxorem rescivisse.
ER. Nec te ultro oravi, ut dares:
Tute ultro ad me detulisti. Dedisti eam dono mihi; 591
Eandem nunc reposcis. Patiar! tibi habe! aufer! utere
Vel tu, vel tua uxor! vel etiam in oculos conpingite!

v. 585. Mss. *Releceris*, vel *Relegeris*, B. qui nunc dat *Relege res*; olim *Relege rem*, vel *Relege sis*, ("intellecto verbo *rem*,") quod prætuli, ut ductui literarum propius: quanquam equidem mendam aliquam etiamdum subesse suspicer. 591. *Dedisti*, media syll. corrip. [Supra 16.] 592. *Eandem*, dissyll. [Supra 334.] *Habe*, non elid.

585. *Mihi tu ut dederis?*] Subaud. *aisne?* Emphatice dictum; ut nos, 'What—*you* give me a cloak and clasp!'

— *Relege, sis.*] H. e. *Si vis.* 'Recollect yourself, if you please.' Vide in Nott. Critt.

587. *Video, quam rem agis.*] 'Oh, I see your drift: you are trying to cheat me of those things I gave in charge to you.' Nempe pallam et spinther, quæ Menæchmo commiserat, ut ad phrygionem et aurificem deferret.

593. *In oculos conpingite.*] 'Stuff it into your very eyes, if you please.' Hoc est, Diligentissime conservate. Proverbialiter dictum. 'Preserve it most charily.' Oculi enim *in carissimis* unicuique sunt. Supra 76. SHAKSP.

"Dearer than eyesight."
King Lear. Act. I. Sc. II.

Æsch. Sept. Theb. 525.

"Μᾶλλον θεοῦ
Σέβειν πεποιθώς, ὀμμάτων θ' ὑπέρτερον."

In quem locum citat STANL: Hadrian. Jun. in Adagiis, "Quod quis unice charum habet, id plus oculis suis amare dicitur." Et exemplis ex Catullo, aliisque, confirmat. Vide plura in Gloss.

Tu huc post hunc diem pedem intro non feres, ne sis frustra:
Quando tu me bene merentem tibi habes despicatui.
Nisi feres argentum, frustra me ductare non potes!
Aliam posthac invenito, quam tu habeas frustratui!
ME. Nimis iracunde hercle tandem!—Heus tu, tibi dico, mane!
Redi!
ER. Etiam adstas? Etiam audes mea revorti gratia?
ME. Abiit intro, occlusit ædis. Nunc ego sum exclusissumus:
Neque domi, neque apud amicam, mihi jam quidquam creditur.
Ibo et consulam hanc rem amicos, quid faciundum censeant.

v. 594. *Tu huc,* Sic legitur in Vulgatis Edd. B: *Huc post......non feres tu.*

596. *Frustra.*] H. e. Nulla mercede, gratiis.

597. *Habeas despicatui.*] 'Make a mockery of.' Supra 595. Gloss.

598. *Tibi dico.*] Supra 287.

600. *Exclusissumus.*] 'Now I am indeed shut out.' Ridicule dictum. Nempe qui nec domum, neque ad amicam, admittar. Est autem *exclusissumus* vox Comica, ut in Curcul. 16, *Occlusissumum.*

602. *Quid faciundum censeant.*] 'I will go and advise with my friends on this matter, what they think I had best do.' Vid. Gloss. Sic, Amph. 976.

"Tiresiam advocabo, et consulam
Quid faciundum censeat."

ACT. IV. SCENA IV.

MENÆCHMUS SOSICLES. MULIER.

ME. Nimis stulte dudum feci, quom marsupium
Messenioni cum argento concredidi!
Inmersit aliquo sese, credo, in ganeum.
MU. Provisam, quam mox vir meus redeat domum.
Sed eccum video! Salva sum: pallam refert.
ME. Demiror, ubi nunc ambulet Messenio.
MU. Adibo, atque hominem accipiam quibus dictis meret.
Non te pudet prodire in conspectum meum,
Flagitium hominis, cum istoc ornatu?
ME. Quid est?
Quæ res agitat te, mulier?
MU. Etiamne, inpudens,
Muttire verbum unum audes, aut mecum loqui?
ME. Quid tandem admisi in me, ut loqui non audeam?
MU. Rogas me? Hominis inpudentem audaciam!
ME. Non tu scis, mulier, Hecubam quapropter canem

v. 603—654. Iamb. Trim. *Nimis*, (Nimi',) [Supra v. 5.] 609. *Quibu'*. 611. *Flagitium*, non liquescit. 615. *Med*.

603. *Marsupium*, etc.] Supra 295.

612. *Quæ res agitat te?*] Supra 236.

614. *Quid tandem admisi in me?*] 'What fault, I pray, have I committed, that I should be ashamed to speak?' Vid. Gloss.

615. *Hominis inpudentem audaciam!*] 'The impudence of the fellow! ῏Ω τῆς ἀναισχυντίας.

616. *Hecubam.*] Hanc, quia maledicta in universum Græcorum exercitum assidue ingerebat, in canem versam esse tradunt. Juv. Sat. X. 271. "Sed torva *canino Latravit rictu*, quæ post hunc vixerat uxor." Cic. Tusc. Qu. III.

Graii esse prædicabant?

MU. Non equidem scio.

ME. Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis:
Omnia mala ingerebat, quemquem adspexerat:
Itaque adeo jure cœpta appellari est Canes.

MU. Non ego istæc flagitia possum perpeti:
Nam me ætatem viduam esse mavelim,
Quam istæc flagitia tua pati, quæ tu facis.

ME. Quid id ad me, tun' te nuptam possis perpeti,
An sis abitura a tuo viro? An mos hic ita est,
Peregrino ut advenienti narrent fabulas?

MU. Quas fabulas? Non, inquam, patiar præterhac,
Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam!

ME. Mea quidem hercle causa vidua vivito

v. 621. *Ego*, non liquescit. B: *Ergo*. 622. *Me*, et *viduam*, non liquescunt. 625. *Tuo*, monosyll. [Supra 560.] 628. *Tuos*, monosyll. [Supra 625.]

"Hecubam autem, propter animi acerbitatem quandam et rabiem, fingi in canem esse conversam." LAMB. Apud Plin. N. H. IV. 11. *Cynossema* (Κυνὸς Σῆμα) appellatur Hecubæ tumulus. GRUT.

619. *Omnia mala ingerebat*, etc.] 'Heaped all manner of abuse upon whomsoever she saw.' Constructio est, Mala ingerebat *in eum*, si quem adspexerit; h. e. *in unumquemque*.

620. *Cœpta appellari Canes.*] Sic in Curc. 594, Planesium, mulier, *Canicula* appellata est, quia cujusdam manum mordicus arripuerat. Notum Cynicos ita nuncupatos esse, ob convicia quæ singulis hominibus, Canum more, ingererent; Vid. Lucian. *Βίων πρᾶσις*. 7—10. Etc.

624. *Tun'.*] Pro *An tu;* 'Whether you can.'

628. *Quam.*] Subaud. *potius*. Sic apud Græcos interdum subintelligitur *μᾶλλον*. E. g. Hom. IL. I. 117.

"Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι."

Ita Infra 862, subaud. *Tam*, ante voc. *quam*.

629. *Mea quidem causa.*] 'For aught that I care.' Per me quidem licet. Græce Ἐμοῦ ἕνεκα.

Vel usque dum regnum obtinebit Jupiter.
Mu. Hanc mihi negabas dudum subripuisse te;
Nunc eandem ante oculos attines! Non te pudet?
Me. Heu hercle, mulier, multum et audax et mala es.
Tun' tibi subreptam hanc dicere audes, quam mihi
Dedit alia mulier, ut concinnandam darem?
Mu. Næ istuc mecastor jam patrem arcessam meum,
Atque enarrabo tua flagitia, quæ facis!
I, Decio, quære meum patrem, tecum simul
Ut veniat ad me: ita rem esse dicito.
Jam ego aperiam istæc tua flagitia!
Me. Sanan' es?
Quæ mea flagitia?
Mu. Quom pallam atque aurum meum
Domo tuæ suppilas uxori, et tuæ
Degeris amicæ! Satin' hæc recte fabulor?
Me. Quæso hercle, mulier, si scis, monstra, quod bibam,
Tuam qui possim perpeti petulantiam!
Quem tu hominem me arbitrare, nescio;
Ego te simitu novi cum Parthaone.

v. 632. *Eandem*, dissyll. [Supra 334.] 639. *Me*, et *rem*, non liquescunt. 646. *Tu*, et *me*, non liquescunt.

635. *Concinnandam.*] Supra 333.

639. *Rem.*] 'Occasion.' *Res* ita postulat. Intell. Opus esse ut ad me veniat.

644. *Monstra quod bibam.*] 'Tell me of some antidote.' Doce quod *medicamentum* bibam, quo tuam maledicentiam perferre possim. Allegoria a medicis; qui medicamenta dant, quibus quis epotis aut venenum impune sumere potest, aut jam sumtum tolerare. Lamb.

647. *Simitu.*] H. e. Simul novi cum Parthaone; Non magis te novi quam Parthaona, Deianiræ avum. Sic mox 650. Utrumque valet id. quod, Neque *te* neque *istos* omnino novi.

MU. Si me derides, at pol illum non potes,
Patrem meum, qui huc advenit! Quin respicis?
Novistin' tu illum?
ME. Novi cum Calcha simul:
Eodem die vidi illum, quo te ante hunc diem.
MU. Negas novisse me? negas patrem meum?
ME. Idem hercle dicam, si avom vis adducere.
MU. Ecastor pariter hoc atque alias res soles.

ACT. IV. SCENA V.

SENEX. MULIER. MENÆCHMUS SOSICLES.

SE. Ut ætas mea est, atque ut hoc usus facto est,
Gradum proferam, progredi properabo;

v. 651. *Eodem*, dissyll. [Supra 632.] 653. *Si*, non liquescit. [Supra 477.] 655—663. Bacch. Tetr. 656. B: *progrediri*. [Ut, *Moriri*, Ov. Met. XIV. 62. etc.]

649. *Qui huc advenit.*] Ne quenquam moveat tam celeriter præsto esse senem tardigradum, cum vix decem abhinc versibus fuerit arcessitus. Nam si spatium antiquæ scenæ respexeris, (quod, præ hodiernis nostris, immane erat;) et huc adjeceris, senem in prospectum usque adhuc tantum venisse, neque ante triginta amplius versus sermonem conferre, (quæ enim interea loci queritur, sunt ex longinquo verba, et dum formicino gradu in proscenium incedit dicta,) satis erit moræ permissum ne in ea re offendamus.

650. *Cum Calcha.*] Id est; Æque te, ac Calchanta, novi. Supra 647. Hic autem erat vates ad bellum Trojanum notissimus.

651. *Eodem die vidi.*] Conf. Supra 438. Intell. Neque illum, neque te, omnino ante hunc diem unquam vidi.

654. *Pariter hoc*, etc.] 'To be sure this is just like your other acts.' Scilicet, Haud mirandum est socerum tuum te novisse negare, qui cætera tam flagitiosa admiseris.

655. *Ut ætas*, etc.] Fallitur Lambinus. Verte, 'As well as my age will allow me, *and as the occasion requires*, I will quicken my step, and hasten forward.' Nempe, Ut poscit occasio me [illegible] celeriter progredi. Vide Gloss.

Sed id quam facile sit mihi, haud sum falsus:
Nam pernicitas deserit, consitus sum
Senectute, onustum gero corpus, vires
Reliquere. Ut ætas mala est merx mala ergo!
Nam res plurimas pessumas, quom advenit, fert,
Quas si autumem omnis, nimis longus sermo est.
Sed hæc res mihi in pectore et corde curæ est,
Quidnam hoc sit negoti,
Quod filia sic repente expetiit me, ut ad sese irem,
Nec quid sit, mihi certius facit, quid velit, quid me
arcessat.
Verum propemodum jam scio, quid siet re:
Credo cum viro litigium natum esse aliquod.
Ita istæc solent, quæ viros subservire
Sibi postulant, dote fretæ, feroces.

v. 657. *Mihi,* Ult. non elid. B: *Mi.* 660. *Ergo.* V: *tergo.* 662. *Si,* non liquescit. 664. Bacch. Dim. 665—668. B: refert ad Asynartetos et Ithyphall. Equidem mallem inter Dochmiacos numerare; [de quibus Hermann. Lib. II. 21.] sed non liquet. 669—676. Bacch. Tetr. [De his Herm. Lib. II. 23.]

657. *Haud sum falsus.*] Sensus est, Haud me fallit quam *difficile* id mihi sit. 'I am well aware that this is no easy matter for me.'

659. *Onustum gero corpus.*] Confert LAMB. Merc. 664. sqq.

"Quin is ocius?
S. Nequeo mecastor: tantum hoc onerist, quod fero.
D. Quid oneris?
S. Annos octoginta et quatuor."

Et Cic. De Senect. IV. "Senectus plerisque senibus sic odiosa est, ut onus se Ætna gravius dicant sustinere."

661. *Plurimas pessumas.*] Supra 490.

667. *Quid siet re.*] H. e. *Quid rei sit.* Vide Gloss. in v. 151. Et verte, 'But I have already a tolerably shrewd guess what is the matter.'

669. *Istæc.*] Istæ dotatæ uxores. 'This is the way with these imperious dames, who expect their husbands are to be their slaves.'

670. *Postulant.*] 'Αξιοῦσι. Æquum arbitrantur. LAMB.

— *Dote fretæ.*] 'Presuming on their dower.' Menæchmum

Et illi quoque haud abstinent sæpe culpa;
Verum est modus tamen, quoad pati uxorem oportet;
Nec pol filia unquam patrem arcessit ad se,
Nisi si aut quid conmisit, aut jurgi est causa.
Sed id, quidquid est, jam sciam. Atque eccam eampse
Ante ædis, et ejus virum tristem video.
Id est, quod suspicabar.
Adpellabo hanc.
MU. Ibo advorsum. Salve multum, mi pater.
SE. Salva sis. Salven' advenio? salven' arcessi jubes?
Quid tu tristis es? quid ille autem abs te iratus destitit?
Nescio quid vos velitati estis inter vos duo.
Loquere, uter meruistis culpam, paucis; non longos logos.

v. 672. *Quoad*, monosyll. 677. Clausula Iambica. 678—771. Troch. Tetr. Cat. 681. *Velitati*, non elid.

dotatam uxorem duxisse vidimus in Prolog. v. 61. Quidnam autem turbarum hæ ciere soleant, facile ex pluribus Veterum scriptis colligere possimus. Hor. Od. III. XXIV. 19.

"Nec dotata regit virum Conjux."

Nost. Aulul. 122.

"Istas magnas factiones, animos, dotis dapsilis,
Clamores, imperia........"

Adde Ibid. 431. 449. Et sqq.

— *Feroces.*] 'Haughty and overbearing.' Quo pertinet illud *animos* in loco ex Aulul: supra citato.

675. *Eccam eampse.*] Ecce eam ipsam. 'Oh! there she is herself.' Supra 99.

679. *Salven' advenio?*] 'Is all well? Do I find all right?' Formula salutandi: de qua Vide Gloss.

680. *Destitit.*] A *desisto;* (ne cum Lambino *distitit*, a *disto*, legas.) 'Why does he *keep aloof* from you in an angry mood?'

682. *Uter meruistis culpam.*] 'Which of you is to blame.'

— *Non longos logos.*] 'Let's have none of your long stories. No prosing.' Apage longas verborum ambages.

MU. Nusquam equidem quidquam deliqui; (hoc primum te absolvo, pater;)
Verum vivere hic non possum, neque durare ullo modo:
Proin tu me hinc abducas.
SE. Quid istuc autem est?
MU. Ludibrio, pater,
Habeor.
SE. Unde?
MU. Ab illo, quoi me mandavisti, meo viro.
SE. Ecce autem litigium! Quotiens tandem edixi tibi, 687
Ut caveres, neuter ad me iretis cum querimonia?
MU. Qui istuc, mi pater, cavere possum?
SE. Men' interrogas?
MU. Nisi nevis.
SE. Quotiens monstravi tibi, viro ut morem geras:
Quid ille faciat, ne id observes, quo eat, quid rerum gerat? 691
MU. At enim ille hinc amat meretricem ex proxumo....
SE. Sane sapit,
Atque ob istam industriam etiam faxo amabit amplius.

v. 685. *Istuc*, prior syll. corripitur. [Supra 18.] 686. *Meo*, monosyll. 687. *Tandem*, non elid. 691. *Ille*, prior syll. corrip. *Ne*, et *Quo*, [Supra 39,] non liquescunt.

683. *Absolvo te.*] Ea cura te liberabo; faciam ut ne id saltem metuas. 'I will set you at ease on that score.'

685. *Quid istuc autem est?*] 'So so! What's to do now?' De voce *autem* emphatice usurpata, Vide Gloss. Infra 687.

688. *Neuter ad me iretis.*] 'That neither of you should come to me with your complaints.' Id est, (ut observat GRON.) *Ne uter*, ne vel maritus, vel tu, ad me iretis.

692. *Enim.*] Queribunda voce dictum: ut Supra 168.

693. *Ob istanc industriam.*] Quia istam industriam et diligen-

MU. Atque ibi potat.
SE. Tuan' quidem ille causa potabit minus,
Si illic, sive alibi lubebit? Quæ hæc, malum, inpudentia est?
Una opera prohibere, ad cœnam ne promittat, postules,
Neve quemquam accipiat alienum apud te. Serviren' tibi
Postulas viros? Dare una opera pensum postules,
Inter ancillas sedere jubeas, lanam carere.
MU. Non equidem mihi te advocatum, pater, adduxi, sed viro.
Hinc stas; illinc causam dicis.
SE. Si ille quid deliquerit,

v. 694. *Tuan'*, monosyll. [Supra 560.] 697. *Apud*, litera *d* elid. [Supra 13.] 698. *Una*, non elid.

tiam adhibes in observando viro quid rerum gerat. LAMB. Sed vide ne sit id. qu. formula usitatissima, *Ob industriam,* 'On purpose; for very spite.' Vide Gloss. in v. 47.

696. *Una opera.*] 'You might as well.' Supra 426.

697. *Serviren' tibi,* etc.] 'What, do you expect *your husbands* are to be your slaves?' *Viros,* De plurali numero sic stomachose usurpato, diximus in v. 235. Gloss. Confer etiam Infra 705-6; *Pallas...arcis...meretrices.*

698. *Pensum dare.*] Vide in Gloss. Hanc autem esse *viliorum* ancillarum operam, colligas ex Nostr. Merc. 390.

"Nihil opus nobis ancilla, nisi quæ texat, quæ molat,
Lignum cædat, *pensum faciat*, ædis verrat, vapulet."

Et Ibid. v. 408.

"Ea molet, coquet, *conficiet pensum*, pinsetur flagro."

700. *Non mihi advocatum,* etc.] Conferas Ter. Ad. IV. v. 42.

"Ridiculum: advorsusne illum causam dicerem,
Cui veneram advocatus?"

701. *Hinc.*] *A me,* a mea parte, *stas;* i. e. mihi advocatus es; sed *illinc,* ab illo, (viro meo,) *agis;* ejus, non meam, causam suscipis. Notum est, advocatos a latere clientis sui, dum ad judicem

Multo tanto illum adcusabo, quam te adcusavi, amplius.
Quando te auratam et vestitam bene habet, ancillas, penum,
Recte præhibet; melius sanam est, mulier, mentem sumere.
MU. At ille suppilat mihi aurum et pallas ex arcis domo;
Me despoliat; mea ornamenta clam ad meretrices degerit. 706
SE. Male facit, si istuc facit; si non facit, tu male facis,
Quæ insontem insimules.
MU. Quin etiam nunc habet pallam, pater,
Et, quod ad hanc detulerat, spinther: nunc, quia rescivi, refert.
SE. Jam ego ex hoc, ut factum est, scibo: ibo ad hominem, atque adloquar. 710
Dic mi istuc, Menæchme, quod vos dissertatis, ut sciam.
Quid tu trux es? quid illanc autem abs te iratam destituis?

v. 705. *Ille*, prior syll. corrip. 706. *Mea*, monosyll. *Clam*, B: *Clam me*. Lamb: *jam*. Ed. Ven. *Ornamenta* (d) *ad m*. 710. *Jam*, et *scibo*, non liquescunt. 712. *Illanc*, prior syll. corrip. *Autem*, non elid.

agerent, stare solere: Unde illud Juvenalis, Sat. VII. 109.

> " Vel si *tetigit latus* acrior illo,
> Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen."

H. e. Cliens, quem causidicus iste summis viribus defendit.

702. *Multo tanto amplius.*] Id. qu. Multo amplius. 'Very much more.'

703. *Quando te auratam*, etc.] De his vide Supra v. 44.

705-6. *Pallas*, etc.] Quid sibi velit iste pluralis numerus, vide in v. 697.

711. *Dissertatis.*] 'What is your difference.' Recte observat GRONOV. dictum esse per λιτότητα, sive extenuationem, pro *litigatis*. Ne legamus igitur cum quibusdam, *disceptatis*, vel *dissentitis*.

712. *Destituis.*] A te amoves. 'Keep her aloof from you.' Aliter Supra 680.

ME. Quisquis es, quidquid tibi nomen est, senex, summum Jovem
Deosque do testis ....
SE. Qua de re, aut quoius re rerum omnium ?
ME. Me neque isti male fecisse mulieri, quæ me arguit
Hanc domo ab se subripuisse, atque abstulisse dejerat.
Si ego intra ædis hujus unquam, ubi habitat, penetravi pedem,
Omnium hominum exopto ut fiam miserorum miserrumus !
SE. Sanun' es, qui istuc exoptes, aut neges, te unquam pedem
In eas ædis intulisse, ubi habitas, insanissume?
ME. Tun', senex, ais habitare me in illisce ædibus?
SE. Tu negas?
ME. Nego hercle vero.
MU. Nimium hoc ludicre negas,
Nisi quo nocte hac emigrasti.
SE. Concede hac filia.—
Quid tu ais? num hinc emigrasti?
ME. Quem in locum, aut quam ob rem, obsecro?

v. 714. *Deos*, monosyll. [Supra 557.] 717. *Si*, non liquescit. [Supra 653.] 721. *Me* d. 723. *Nocte*, non elid. B: ex conjectura legit, *Concede hac*, sis, *filia*.

714. *Quoius re rerum omnium?*] 'Of what, in the name of wonder?' De *re* pro *rei* posito, vide Gloss. in v. 151.

717. *Penetravi pedem.*] Sup. 309.

722. *Ludicre.*] 'Ridiculously.' Ita BOTHE, pro vulg. *impudenter*, quod metrum respuit.

723. *Nisi quo nocte hac*, etc.] 'Unless you have changed your residence since yesterday.' Nisi inter hesternum hodiernumque diem in aliam domum emigrasti.

724. *Quem in locum*, etc.?] Vide ne melius hæc Mulieri tribuantur, et illa præcedd. *Nimium hoc*... usque ad, *num hinc emigrasti?* rectius Seni continuentur. Nam

SE. Non edepol scio.
MU. Ludit te hic profecto.
SE. Non tu te tenes?—
Jam vero, o Menæchme, satis jocatus es: nunc hanc rem age. 726
ME. Quæso, quid mihi tecum est? unde aut quis homo tu es? quid nocui
Tibi, aut adeo isti, quæ mihi molesta est, quoquo modo?
MU. Viden' tu illi oculos virere? ut viridis exoritur colos
Ex temporibus, atque fronte! ut oculi scintillant, vide! 730

v. 726. *Sati'*. 727. *Tu* d. Quæ sequuntur, (cum Botheo consentire nequeam, per aposiopesin sensum expedienti,) partim ad Vulgat. lectionem, partim ad VV. DD. conjecturas exhibui. 728. *Tibi*, et *molesta*, non elid. 729. *Viden'*, rapide pronunt. [Supra 298. 412.] *Tu*, non liquescit. *Viridis*, (Vid. in Nott.) B: *luridus*.

cum hic Menæchmum pro insano habeat, verisimilius est *Uxorem* quam virum de hac re eum interrogare: Et rursum illa aptius inquiret, '*Quem in locum, aut quam ob causam?*' ut quæ bene sciat se non domo migrasse. Menæchmum contra, (qui neque Senem, neque Mulierem, neque de domo quicquam cognoverit,) haud est credibile tam clementer responsurum, sed negaturum potius se domum ullam habere, unde emigrare omnino posset.

725. *Non tu te tenes?*] 'Can't you hold your tongue?'

726. *Jam vero satis jocatus es.*] Confer SHAKSP.

"Fie! now you run this humour out of breath."—*Com. of Err.* Act IV. Sc. I.

— *Hanc rem age.*] 'Be serious.' Id. qu. Hoc age. Vide Gloss.

729. *Viridis.*] Non opus est cur *luridus* a Botheo reponatur, collato Captiv. 522.

"Viden' tu illi maculari corpus totum maculis *luridis*?"

Recte enim, credo, refertur *viridis color*, tum in oculis, cum in temporibus ac fronte, ad tinctum eum *subluteum*, (aut quod SALMAS: *olivastrum* designavit,) quem ii potissimum exhibere soleant qui atra bili laborent. Hinc Pers. Sat. III. 44.

"Sæpe oculos memini *tingebam* parvus *olivo*;" Etc.

730. *Scintillant.*] 'How his eyes flash!' Quod iratorum et

ME. Hei mihi, insanire me aiunt, ultro quom ipsi insaniunt!
MU. Ut pandiculans oscitatur! Quid nunc faciam, mi pater?
SE. Concede huc, mea nata, ab istoc quam potest longissume!
ME. Quid mihi melius, quam, quando illi me insanire prædicant,
Ego me adsimulem insanire; ut illos a me absterream?
Evie, atque, heu! Bromie, quo me in silvam venatum vocas?
Audio; sed non abire possum ab his regionibus:
Ita illæc me ab læva rabiosa femina adservat canis;
Post autem illic hircus alius, qui sæpe ætate in sua
Perdidit civem innocentem falso testimonio.
SE. Væ capiti tuo!
ME. Ecce, Apollo mi ex oraculo imperat,
Ut ego illice oculos exuram lampadibus ardentibus!
MU. Perii, mi pater, minatur mihi oculos exurere!

v. 735. *Me* d. 738. *Illæc,* prior syll. corrip. 739. *Alius,* B: *salius.*

insanientium est indicium. Conf. Pers. Sat. III. 116.

"Ira
Scintillant oculi; dicisque, facisque, quod ipse
Non sani esse hominis non sanus juret Orestes."

Addas quæ contulit Interpr. Angl. BEN JONSON.

"Lord, how idly he talks, and how his eyes sparkle! He looks green about the temples! do you see what blue spots he has!"

The Silent Woman. Act. IV. Sc. IV.

Et SHAKSP.

L. "Alas! how fiery and sharp he looks!
C. Mark how he trembles in his ecstasy!"

Com. of Err. Act. IV. Sc. IX.

736. *Evie, atque Bromie.*] Hæc sunt Bacchi cognomina, (Ovid. Met. Lib. IV. *init.*) quæ Menæchmus effundit bacchantium more, de industria simulans quasi revera insaniat.

738. *Femina adservat canis.*] Ita Ennius,

"Lupus femina conspicit." GRÆV.

741. *Væ capiti tuo!*] Supra 414.

SE. Filia, heus!
MU. Quid est? quid agimus?
SE. Quid, si ego huc servos cito?
Ibo: adducam, qui hunc hinc tollant, et domi devinciant,
Priusquam turbarum quid faciat amplius.
ME. Enimvero, nisi
Occupo aliquod mihi consilium, hi me domum ad sese auferent.—
Pugnis me vetastin' hujus ori quidquam parcere?
Ni jam ex meis oculis abscedat in malam magnam crucem, 749
Faciam, quod jubes, Apollo!
SE. Fuge domum quantum potest:
Ne hic te obtundat!
MU. Fugio. Amabo, adserva istunc, mi pater,
Ne quo hinc abeat! Sumne ego mulier misera, quæ illæc audio?
ME. Haud male illanc a me amovi; nunc hunc inpurissumum,
Tremulum, barbatum Tithonum, Cygno qui cluet patre,

v. 746. *Priusquam*, Vocales *iu* in unam syllabam coalescunt. [Supra 43. 276. Infra 819.] *Enimvero*, rapide pronuntiand. [Infra 760.] 749. *Meis*, monosyll. 751. *Amabo*, non liquescit. 754. *Tithonum*, V: *Titanum*. Vide in Nott.

744. *Quid agimus?*] 'What must we do?' De hac locutione vide Gloss. Supra 148.

746. *Enimvero*, etc.] Hæc seorsum dicta, sed ut audiant spectatores. Mox, v. 748, palam iterum, et insanum adhuc referens, vociferatur, Apollinem instigatorem, (Orestis exemplo,) appellans.

749. *In malam crucem.*] Prolog. 66. Infra 814.

751. *Amabo.*] Supra 291. Gloss.

754. *Tithonum.*] Sic pro *Tita-*

Ita mihi imperas, ut ego hujus membra atque ossa atque artua
Comminuam illo scipione, quem ipse habet?
SE. Dabitur malum,
Me quidem si attigeris, aut si propius ad me accesseris!
ME. Faciam, quod jubes: securim capiam ancipitem, atque hunc senem
Ossum fini dedolabo assulatim viscera!
SE. Enimvero illud præcavendum est, atque adcurandum mihi:
Sane ego illunc metuo, ut minatur, ne quid malefaxit mihi.
ME. Multa mihi imperas, Apollo! Nunc equos junctos jubes
Capere me indomitos, ferocis, atque in currum inscendere;

v. 759. *Dedolabo*, non elid. 760. *Enimvero*, rapide pronunt. [Supra 746.] 761. *Illunc*, prior syll. corrip. [Supra Prol. 46.]

num reposuit MEURSIUS, quomodo Aristoph. dixit;

"Ἄνδρα Τιθωνὸν σπαράττων, καὶ ταράττων, καὶ κυκῶν."

"Et notum," inquit, "proverbium, Τιθωνοῦ γῆρας, et Satira Varronis, Tithonus περὶ γήρως." Cygno autem patre natum, per ridiculum dicit propterea, quia *cano capite* erat senex, quomodo candidi sunt cygni vel cani, ut recte Lambinus monet. BOTHE.

— *Cluet.*] 'Is called the son of Cygnus.' De voce *cluet* Vide Gloss. in v. 476. Ita Græce καλεῖται usurpatur. E. g. Hom. IL. I. 293. "Οὐτιδανὸς καλεοίμην." Etc.

758. *Faciam quod jubes.*] Supplendus *Apollo*, quem in v. 750, quasi horum jussorum auctorem imperatoremque, nominaverat.

759. *Ossum fini dedolabo.*] 'I will chop to the very bone.' Usque ad ossa decidam et amputabo securi: (quemadmodum dolabra est instrumentum, quo cædimus, non quo lævigamus, ut ascia.) Truncabo circum hunc senem, *quod ad* viscera, assulatim et minutatim desecta fini ossium, ut nil nisi sceletus supersit. GRON.

Ut ego hunc proteram leonem vetulum, olentem, edentulum?
Jam adstiti in currum; jam lora teneo; jam stimulum in manum est!
Agite, equi! facitote sonitus ungularum adpareant
Cursu celeri! facite inflexa sit pedum pernicitas!
SE. Mihin' equis junctis minare?
ME. Ecce Apollo denuo!
Me jubes facere inpetum in eum, qui hic stat, atque occidere?—
Sed quis hic est, qui me capillo hinc de curru deripit?
Inperium tuom demutat atque dictum Apollinis!
SE. Heu morbum hercle acrem ac durum! Di, vostram fidem,
Vel hic, qui insanit, quam valuit paulo prius!

v. 764. *Vetulum*, Ita Guil. Quæst. in Men. c. 3. pro V: *Gætulum*. B. 765. *Manum*, Ita codex Meursii, B. qui tamen ipse dedit vulgatius, nec tamen elegantius, *in manu est*. 767. *Inflexa*, V: *in flexu*. Vide Nott. 768. *Minare*, non liquescit. [De hoc hiatu, Vide in v. 293.] 769. *Hic*, Ita B: ex conject. pro V: *qui stat*. 770. *Capillo*, non liquescit. 772—780. Iamb. Trim.

765. *In manum.*] 'Now I have got the whip *into* my hand.' Vide Gloss.

767. *Inflexa.*] Sensus est, Facite ut pedes vestri sint *celeres*, rapida nimirum ungularum flexione. Quo sensu dicitur καμψίπους Ἐρίννυς apud Æsch. Sept. Th. 788. (Ubi Blomfieldi Gloss. Καμψίπους, *pernix*.)

770. *Capillo*, etc.] Allusum, ait GRONOV. ad Palladem Homericam, quæ Achillem capillis ne in Agamemnona irrueret revocavit; IL. I. 197.

"Στῆ δ' ὄπιθεν, ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα."

771. *Tuom dictum Apollinis.*] Hujus constructionis exempla in Gloss. contuli.

773. *Vel hic*, etc.] Valet hic locus ad excitandam misericordiam mirum quantum: nihil enim est tam miserabile quam ex beato miser. Græci hoc solent dicere, Ἐξ οἵων εἰς οἷα. CASAUB. *Comment. in Theophr.* Notandum autem

Ei derepente tantus morbus incidit!
Ibo, atque arcessam medicum jam quantum potest.
ME. Jamne isti abierunt, quæso, ex conspectu meo,
Qui me vi cogunt, ut validus insaniam?
Quid cesso abire ad navim, dum salvo licet?
Vosque omnis quæso, si senex revenerit,
Ne me indicetis, qua platea hinc aufugerim.

ACT. V. SCENA I.

SENEX.

Lumbi sedendo, oculi exspectando dolent,
Manendo medicum, dum se ex opere recipiat.

v. 774. *Ei*, monosyll. [Infra 791.] 777. *Ut validus insaniam;* B: de suo dedit, *validus ut vesaniam:* Sed non ista mutatione satis opus esse videtur. 781—787. Iamb. Trim. *Sedendo*, non elid.

metrum jam in Iambicum Senarium esse delapsum, ut qui ad istiusmodi sententias exprimendas aptior sit, quam Trochaici versus, quibus ante in motoria ista scena optime usus est. Vide plura de hac re, Infra 913.

779. *Vos omnis.*] Spectatores; quos sic nonnunquam e scena appellare mos fuit. Confer notabile exemplum in Cistell. 403. sqq.

"Mi homines, mi spectatores, facite indicium, si quis vidit,
Quis eam abstulerit, quis sustulerit, et utrum hac an illac iter institerit."

Adde Aul. 670. sqq. Passim huic joco indulget Aristophanes, immo ex cuneis respondentes aliquando, ridiculi causa, facit; e.g. Vesp. 74. sqq.

781. *Lumbi sedendo*, etc.] Hic incipiendus Actus quintus, cujus hæc vulgo male numeratur scena tertia. BOTHE. (Quod jamdiu vidit Interpres Britannicus.) Cæterum confer Arist. Thesm. 846.

"Ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν, ὁ δ' οὐδέπω."

Et Nost. Epid. 312.

"Exspectando exedor miser atque exenteror."

Odiosus tandem vix ab ægrotis venit;
Ait se obligasse crus fractum Æsculapio,
Apollini autem brachium. Nunc cogito,
Utrum me dicam medicum ducere, an fabrum.
Atque eccum incedit. Move formicinum gradum!

ACT. V. SCENA II.

MEDICUS. SENEX.

ME. Quid illi esset morbi, dixeras? Narra, senex.
Num larüatus, aut cerritus? Fac sciam.
Num eum veternus aut aqua intercus tenet?
SE. Quin ea te causa duco, ut id dicas mihi,
Atque illum ut sanum facias.
ME. Perfacile id quidem est.

v. 784. *Ait*, monosyll. 787. *Move*, ult. syll. corrip. [Supra 99. 206.] 788—797. Iamb. Trim. *Illi*, prior syll. corrip. [Infra 796.] 791. *Ea*, monosyll. [Supra 774.]

783. *Odiosus*, etc.] 'The tiresome fellow has hardly yet at last returned from visiting his patients.' De voce *Odiosus*, Vide Gloss. Supra 230.

784. *Crus fractum Æsculapio.*] 'A fractured thigh of the god Æsculapius.' Deridiculi gratia gloriosum introducit medicum, qui se jactat obligasse crus fractum Æsculapio, brachium Apollini, quasi ipsi medicinæ auctores Dii ipsius cura opus habuerint. SALMAS.

786. *Fabrum.*] Qui se fracta membra, tanquam ædificia, [seu potius arma, instrumenta,] sarcire, ac restituere glorietur. LAMB.

787. *Eccum incedit.*] 'See now how *leisurely* he comes along.' De hac frequentissima verbi hujus significatione, Vide in Gloss.

— *Formicinum gradum.*] 'Emmet's pace.' Id est tardum: multum quidem movent formicæ sed parum promovent. Pariter dixit Catull. Carm. 39. Incedere *myrmice*. MURET. Noster Aulul. 10. "Testudineum istum ego grandibo gradum."

Sanum futurum, mea ego id promitto fide.
SE. Magna cum cura ego illum curari volo.
ME. Quin suspirabo plus sexcenties in die:
Ita illunc cum cura ego magna curabo tibi.
Atque eccum ipsum hominem! Observemus, quam rem agat.

ACT. V. SCENA III.

MENÆCHMUS. SENEX. MEDICUS.

ME. Edepol næ hic dies pervorsus atque advorsus mi obtigit:
Quæ me clam ratus sum facere, omnia ea fecit palam
Parasitus, qui me conplevit flagiti et formidinis,
Meus Ulixes, suo qui regi tantum concivit mali.

v. 795. Ita Libri; [Vocales *ie*, in *sexcenties*, in unam syll. coalesc.] B: autem ex conject. Camerarii, *Quin suspirabit plus sexcentos in dies:* "*Suspirabit*, h. e. ægrotabit." 796. *Illunc*, prior syll. corrip. [Supra 788.] 797. *Hominem*, non liquescit. 798—859. Troch. Tetr. Cat. 799. *Facere*, non liquescit. B. 801. *Suo*, monosyll.

793. *Mea id promitto fide.*] 'I stake my credit on it.'

795. *Suspirabo*, etc.] Si sana est hæc lectio, bene sensum sic explicavit BOXHORN: "Qui sæpius et celerius ultro citroque commeant et discursant, rei alicujus curandæ causa, suspirant, suspiria alte petunt. Dicit igitur hic medicus, se magna cum cura insanum curaturum, quin ad eum invisurum, eaque de causa suspiraturum plus sexcenties in die."

798. *Dies pervorsus.*] Citavit Erasmus in Adagiis, Nost. Amph. (Sc. III. 4. *ex Suppos.*)

"Nihil est, ut dici solet, quod hodie succedat mihi."

Allusum ad vulgi superstitionem, cui quidam dies credebantur rebus gerendis auspicati, quidam infelices.

801. *Ulysses.*] 'That wiseacre of mine.' Nihil aliud quam Sapiens, Πολύμητις: de Peniculo *ironice* dictum, quia tam stulte

Quem ego hominem, si quidem vivo, vita evolvam sua!
Sed ego stultus sum, qui illius esse dico, quæ mea est:
Meo cibo et sumtu educatust. Anima privabo virum!
Condigne autem hæc meretrix fecit, ut mos est meretricius:
Quia rogo pallam, ut referatur rursum ad uxorem meam,
Mihi se ait dedisse. Heu, edepol næ ego homo vivo miser!

SE. Audin', quæ loquitur?
MED. Se miserum prædicat.
SE. Adeas velim.
MED. Salvos sis, Menæchme. Quæso, cur apertas brachium?
Non tu scis, quantum isti morbo nunc tuo facias mali?

v. 802. *Quem*, et *ego*, et *vita*, non elid. 804. *Meo*, monosyll. 807. *Næ*, non liquescit.

hæc palam fecerit. Nam quæ de Ulysse, Agamemnonis consiliario, narrant Interpp. locum hic non habent; in nulla enim re fuit Peniculus suasor aut minister regi suo; immo suas potius res agebat, et imprimis metuebat litigium inter virum et uxorem, ne ipse cœna excideret. (Vide vv. 50. 75.)

— *Suo regi.*] Sic appellatur Menæchmus, noto vocabulo patronis, a suis cuique parasitis, indito. Ter. Phorm. II. II. 24.

"Nemo satis pro merito gratiam *regi* refert."

Plura exempla vide in Gloss.

803. *Illius.*] *Vita sua* dixerat, sed corrigit se iste Patronus, nec Peniculi eam amplius esse, sed *suam ipsius* judicat; quia scilicet, cum aliena vivere quadra animum semel induxerit parasitus, ipso facto de sui jure concedit: Imputant enim ista Reges, et quamvis parva tamen imputant.

804. *Meo cibo et sumtu.*] Confer Ter. Phorm. II. II. 24—31.

"Ten' asymbolum venire, quum ille sumtu absumitur." sqq.

Ubi lepidissime parasitorum vita describitur.

— *Anima.*] 'His breath.' Quam solam permittit ut *propriam* habeat iste homo omnium miserrimus; et sese jam *hac* quoque eum privaturum interminatur.

809. *Cur apertas brachium?*] 'Why do you expose your arm?' H. e. Denudas, ἐξωμίζεις. Ut Mil. 1170. "Expapillato brachio." GRÆV.

ME. Quin tu te suspendis?
SE. Ecquid sentis?
MED. Quidni sentiam?
Non potest hæc res ellebori jugere obtinerier. 812
Sed quid ais, Menæchme?
ME. Quid vis?
MED. Dic mihi hoc, quod te rogo:
Album an atrum vinum potas?
ME. Quin tu is in malam crucem?
SE. Jam hercle occeptat insanire primulum.
ME. Quin me interrogas,

v. 815. *Primulum*, media extrita syllaba, (*Prim'lum*,) pronuntiand. B: *Quin* tu *me interrogas*; Sed ab aliis Libris *me*, ab aliis *tu* abest; hos ob metrum secutus sum.

811. *Ecquid sentis?*] Cum præ aliis irritabile et suspiciosum genus sit mentis morbo laborantium, verisimile est, hoc caventem Medicum, (cum in v. 809, '*Cur apertas brachium?*' dixisset,) sub specie vestis componendæ, carpum hominis furtim tractavisse, si forte percipere posset recte necne venæ salirent: Illum autem Menæchmus ab se, et satis stomachose, repellit: Senex contra, (quem haud latuit ars Medici,) interrogat, '*Ecquid sentis?*' ecquid de pulsu venarum colligis, quo morbum possis deprendere? Cui Medicus, '*Quidni sentiam?*' etc. Palam, et sine ulla fraude adhibita, idem facit Medicus apud SHAKSP.

"Give me your hand, and let me feel your pulse."

Com. of Err. Act IV. Sc. IV.

Sed subtilius Nostri hoc loco ingenium, si modo verborum sensum acu tetigi. Habe si vis Taciti locum consimilem, Annal. VI. 50. "Eum (Tiberium) adpropinquare supremis, tali modo compertum. Erat medicus, arte insignis, nomine Charicles;....Is, velut propria ad negotia digrediens, *et per speciem officii, manum complexus*, pulsum venarum adtigit: neque fefellit. Nam Tiberius, incertum an offensus,.......Charicles autem, labi spiritum, nec ultra biduum duraturum, firmavit."

812. *Ellebori jugere*, etc.] H. e. Tanta copia ellebori quanta in jugere obseri potest. GRON. *Lect. Plaut.* 'This complaint cannot be got under by a whole acre of hellebore.' Infra 844. Elleborus

Purpureum panem, an puniceum soleam ego esse, an luteum? 816
Soleamne esse avis squamosas, piscis pennatos?
SE. Papæ,
Audin' tu, ut deliramenta loquitur? Quid cessas dare
Potionis aliquid, priusquam percipit insania? 819
MED. Mane modo: etiam percontabor alia.
SE. Occidis fabula.
MED. Dic mihi hoc: solent tibi unquam oculi duri fieri?
ME. Quid? tu me locustam censes esse, homo ignavissume?
MED. Dic mihi, en unquam intestina tibi crepant, quod sentias.
ME. Ubi satur sum, nulla crepitant; quando esurio, tum crepant.

v. 819. *Priusquam*, dissyll. [Supra 746.] *Percipit*, ult. syll. ob ictum producitur. 820. *Mane*, ult. corrip. [Supra 99.] 821. *Unquam*, non elid.

atram bilem purgat, ex qua plerumque insania nascitur. LAMB. Qui citat Hor. Sat. II. III. 82.

"Danda est ellebori multo pars maxima avaris;
Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem."

Nimirum ut qui maxime insaniant. Adde Hor. Ep. II. II. 136.

"Cognatorum opibus curisque refectus,
Expulit elleboro morbum bilemque meraco,
Et redit ad sese."

Alia exempla in Gloss. contuli.

817. *Avis squamosas, piscis pennatos.*] Dictum pro quavis re absurda et præpostera.

820. *Occidis fabula.*] 'You'll be the death of him with all this talking.' Quin dicta facessis docta, et jam tandem homini potione aliqua medicari pergis? Alii legunt *fabulans*. Vide Gloss.

821. *Oculi duri.*] Eorum, quos atra bilis vexat, corpora constat fieri extrinsecus duriora, tum oculi maxime, quia omnium corporis partium infirmissimæ sunt. LAMB.

822. *Locustam.*] Hæ palpebris carere perhibentur, idcircoque oculis durissimis esse. Vide Gloss.

823. *Crepant.*] Murmurant, κορκορυγοῦσιν. Aristoph. Nubb. 387.

MED. Hoc quidem edepol haud pro insano verbum respondit mihi.
Perdormiscin' usque ad lucem? facilen' tu dormis cubans?
ME. Perdormisco si resolvi argentum quoi debeo.
Qui te Jupiter dique omnes, percontator, perduint!
MED. Nunc homo insanire occeptat. De illis verbis cave tibi!
SE. Imo modestior nunc quidem est de verbis, præut dudum fuit.
Nam dudum uxorem suam esse aiebat rabiosam canem.
ME. Quid ego dixi?
SE. Insanis, inquam.
ME. Egone?
SE. Tu istic, qui mihi
Etiam me junctis quadrigis minitatus prosternere.
Egomet hæc te vidi facere: egomet hæc te arguo.
ME. At ego te sacram coronam subripuisse scio Jovis;

v. 827. *Resolvi,* non elid. B: legit, *quoi* ego *debeo.* 829. *Cave,* ult. syll. corrip. [Supra 99. Infra 892.] 830. Ita V. at B: *I! modestior.* (*I,* refellentis, ut *Abi,* etc.) Cæterum notandum duas posteriores vocales τοῦ *modestior* in unam syllabam coalescere; et *præut* monosyllabice esse pronuntiand. 834. *Facere,* et *te,* non liquescunt.

827. *Si resolvi,* etc.] Contra in Aristoph. Nubb. *init:* Strepsiades ille, magno ære alieno obstrictus, queritur;

"Ἀλλ' οὐ δύναμαι δείλαιος εὕδειν, δακνόμενος
Ὑπὸ τῆς δαπάνης, καὶ τῆς φάτνης, καὶ τῶν χρεῶν."

Huc pertinet jocus ille Augusti, qui sibi jussit emi equitis cujusdam Rom. mortui culcitam, qui vivus H. S. ducenties debuerat, et nihilominus hilariter et læte vixerat, secureque dormierat. LAMB.

830. *Immo modestior,* etc.] 'Nay, as for that, he is far more sober now in his expressions, than he was a little while ago.'

835. *Sacram coronam Jovis.*] Confer Trinum. 62. sqq.

"Si te subripuisse suspicer
Jovi coronam de capite in Capitolio."

Idem crimen post cuidam Petillio, apud Hor. Sat. I. IV. 94, injectum

Et ob eam rem in carcerem te esse conpactum scio;
Et postquam es emissus, cæsum virgis sub furcâ scio;
Tum patrem occidisse, et matrem vendidisse etiam scio.
Satin' hæc pro sano maledicta maledictis respondeo?
SE. Obsecro hercle, medice, propere, quidquid facturus face!
Non vides hominem insanire?
MED. Scin', quid facias optumum?
Ad me face uti deferatur.
SE. Itane censes?
MED. Quippini?
Ibi meo arbitratu potero curare hominem.
SE. Age, ut lubet.
MED. Elleborum potabis faxo aliquos viginti dies.
ME. At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies.
MED. I, arcesse homines, qui illunc ad me deferant!
SE. Quot sunt satis?
MED. Proinde ut insanire video, quatuor; nihilo minus.
SE. Jam hic erunt. Adserva tu istunc, medice.
MED. Imo ibo domum:
Ut parentur, quibus paratis opus est. Tu servos jube,
Hunc ad me ferant.
SE. Jam ego illic faxo erit.
MED. Abeo.
SE. Vale.

v. 836. *Te* d. 844. *Faxo*, non elid. 846. *I*, cum sequente vocali coalescit. 848. *Medice*, non liquescit. 849. *Quibu'*.

est: ubi videsis Schol. Cæterum observandum hoc loco, Plautum res vere Romanas alienis personis, (quod alibi quoque fecit,) et quidem barbaris, transtulisse.

844. *Elleborum.*] Supra 812.

847. *Nihilo minus.*] Quatuor satis sunt, nihilo minus; id est, nihilo pauciores arcessi oportet. LAMB.

ME. Abiit socerus, abiit medicus: nunc solus. Proh Jupiter,
Quid illuc est, quod me hice homines insanire prædicant?
Nam equidem, postquam natus sum, nunquam ægrotravi unum diem;
Neque ego insanio, neque pugnas neque ego litis cœpio:
Salvus salvos alios video; novi homines, adloquor,
An illi perperam insanire me aiunt, ipsi insaniunt?
Quid ego nunc faciam? Domum ire cupio: at uxor non sinit;
Huc autem nemo intromittit. Nimis proventum est nequiter.
Hic ero usque. Ad noctem saltem, credo, intromittar domum.

v. 851. *Solus;* [*Sum* intelligitur, ut in v. 43. vidimus *Facturus,* pro *Facturus sim.*] V: et B: contra metrum, *Nunc solus sum.* 852. *Illuc,* prior syll. corrip. [Infra 856.] *Me* d, B. 855. *Novi,* non elid. 856. *Illi,* prior syll. corrip. [Supra 852.] V: *qui.* 858. *Nimi';* [Supra 18.]

858. *Huc.*] Nempe ad Erotium, cujus domum *ex proxumo* esse jam vidimus in v. 692.

— *Nimis proventum est nequiter.*] 'I have fared villanously ill to day.' Nimis mihi infeliciter res hodie processit. Citat LAMB: Rud. 739.

"Edepol proveni nequiter multis modis."

Contra, "Bene provenisti," Truc. 355. Vide Supra 798.

ACT. V. SCENA IV.

MESSENIO.

Spectamen bono servo id est, qui rem herilem
Procurat, videt, conlocat, cogitatque,
Ut absente hero diligenter tutetur,
Quam si ipse adsit, aut rectius.
Tergum quam gulam, quam ventrem crura oportet
Potiora esse, quoi cor modestum est.
Recordetur id, qui nihili sunt, quid iis preti
Detur ab suis heris, ignavis, inprobis viris:

vv. 860—862. Bacch. Tetr. (Videsis de tota hac scena, Herm. De Metris Lib. II. 23.) 863. Cretic. Trim. *Si*, non elid. 864. Bacch. Tetr. 865. Bacch. Trim. 866—883. De his versibus incertissima sunt omnia; nec multum promovent qui verba huc illuc transponunt, quo metra facilius ad sua nescio quæ systemata quadrare possint. Equidem versus ad Bothei editionem exhibui, cum interea neque ejus, neque Hermanni, aliorumve distributionem omnino probem: neque tamen ipse habeam quæ, ut rectiora, ausim proponere. Adeo acutius quisquam his locis impeditis in quo offendatur, quam quod sanum sit, reperierit.

860. *Spectamen.*] Spectamen *boni servi* hoc est; seu bonus servus ab hac re probatur. Conf. Aul. 539.

"Hoc est servi frugi facere, quod ego persequor;
Nec moræ molestiæque imperium herile habeat sibi." Et sqq.

Stich. 46.

"Qui manet ut moneatur semper servos homo officium suom,
Nec voluntate id facere meminit, servos is habitu haud probust."

Ter. Ad. V. iv. 5.

"Is mihi profecto est servos spectatus satis,
Cui dominus curæ est."......Etc.

861. *Conlocat, cogitatque.*] Manages, and has at heart.'

862. *Diligenter.*] Subaud. *tam.* Vide Supra 628.

864. *Tergum,* etc.] Ne *tergum* virgis cædatur, *crura* compedibus vinciantur. Lamb.

866. *Qui sunt nihili.*] In animo habeat quid pretii, seu mercedis, a suis heris persolvatur iis servis, *qui nihili sunt;* h. e. servis nequam, ignavis, improbis. Lamb.

Verbera, conpedes, molæ, magna lassitudo,
Fames, frigus durum.
Hæc pretia sunt iguaviæ. Id ego male malum metuo.
Propterea bonum esse certum est, potius quam malum:
Nam mage multo patior facilius verba; verbera ego odi,
Nimioque edo lubentius molitum, quam molitum præhibeo.
Propterea heri imperium exsequor bene, et sedate servio.
Atque id mihi prodest.
Alii ita, ut in rem esse ducunt, sint; ego ita ero, ut me esse oportet:

vv. 874, 884, 885. Iamb. Tetr.

868. *Verbera, conpedes,* etc.] Conf. Ter. Phorm. II. III. 18.

"Meditata mihi sunt omnia mea incommoda, herus si redierit.
Molendum est in pistrino: vapulandum: habendum compedes:
Opus ruri faciundum."

— *Molæ.*] Pistrina, in quæ compingebantur servi nequam. Quod genus supplicii in hodierna etiam ergastula devenit: Anglice, *The Treadmill.*

871. *Bonum esse.*] 'Wherefore I have made up my mind to behave well rather than ill.' De hac phrasi vide in Gloss.

872. *Mage facilius.*] Pleonasm. Supra Prolog. 55.

— *Verba; verbera.*] Ludit in paronomasia. Ita Ter. Heaut. II. III. 114.

"Tibi erunt parata verba; huic homini verbera."

Ovid. Heroid. X. 38.

"Verbera cum verbis mixta fuere meis."

Noster Trucul. 93.

"Me his quidem verbis verberat."

873. *Molitum,* etc.] 'And I much more willingly eat flour ground at the mill, than assist at the grinding.' Allusum ad molæ supplicium, de quo Supra 868.

875. *Atque id mihi prodest.*] 'And I find my account in it.'

876. *Ut in rem esse ducunt.*] 'As they think best for their interest.' Soph. Antig. 71.

"Ἀλλ' ἴσθ' ὁποία σοι δοκεῖ."

— *Ut me esse oportet.*] 'I will behave as I consider it my duty.'

Metum ut mi adhibeam, culpam abstineam, hero ut omnibus in locis sim præsto.
Servi, qui culpa carent, et metuont,
Hi solent heris esse utibiles. Nam illi, 879
Qui nil metuont, postquam est malum promeritum,
Metuont. Metuam haud multum. Prope est, quando, herus ob
Facta pretium exsolvet.
Eo exemplo servio, tergi ut in rem esse arbitror.
Postquam in tabernam vasa et servos conlocavi, ut jusserat:
Ita venio advorsum. Nunc foris pultabo: adesse ut me sciat, 885
Atque virum ex hoc saltu damni salvom ut educam foras.
Sed metuo, ne sero veniam depugnato prœlio.

vv. 886, 887. Troch. Tetr. Cat.

877. *Metum ut mi adhibeam.*] 'Keep fear before my eyes.'

878. *Qui culpa servi,* etc.] Eandem sententiam repetit, Mostell. 864.

"Servi, qui, quom culpa caruit, tamen malum metuont, hi
Esse heris solent utibiles: nam illi, nihil qui metuont,
Postquam sunt malum meriti, stulta sibi expetunt consilia."

881. *Prope est,* etc.] Subaud. *tempus.* 'The time is at hand when my master will pay me off for my services.' Nempe libertate donando, aut tal. al. Vide in Gloss.

884. *In tabernam conlocavi.*] Supra 341. 'Having *gone and* placed them in the tavern.' Sic sensus reddendus; nam *τὸ tabernam* accusativus est, quia *motus* in eum locum, ut aiunt, intelligitur.

886. *Saltu damni.*] 'Thicket of ruin.' Id est, Ex loco periculoso. Saltus, silvæque, loca sunt impedita, et fere insidiis apta. Propterea hic Noster, lupanar significans esse locum insidiosum, *Saltum damni* vocat. Gron. *Lect. Plaut.* p. 218.

887. *Depugnato prœlio.*] 'The day after the fight.' Proverbialis dictio, in eum qui sero suppetias venit. Græci dicunt, Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. Lamb.

ACT. V. SCENA V.

SENEX. MENÆCHMUS. LORARII. MESSENIO.

SE. Per ego vobis deos atque homines dico, ut imperium meum
Sapienter habeatis curæ, quæ imperavi atque impero:
Facite illic homo jam in medicinam ablatus sublimis siet,
Nisi quidem vos vostra crura aut latera nihili penditis!
Cave quisquam, quod illic minitetur, vostrum flocci fecerit!
Quid statis? quid dubitatis? Jam sublimem raptum oportuit!
Ego ibo ad medicum: præsto ero illi, quom venietis.
ME. Occidi!
Quid hoc est negoti? quid illice homines ad me currunt, obsecro?
Quid voltis vos? quid quæritatis? quid me circumsistitis?

vv. 888—892. Troch. Tetr. Cat. *Deos*, monosyll. 892. *Cave*, ult. corrip. [Supra 829.] *Illic*, prior syll. corrip. [Infra 895.] 893—900. Iamb. Tetr. 895. *Illice*, prior syll. corrip. [Supra 892.]

888. *Per ego vobis.*] Notissima adjurationis formula, ubi præpositio uno alterove verbo a casu suo sejungitur. Ter. Andr. V. I. 15. "*Per* ego te *deos* oro." Et passim.

890. *In medicinam.*] 'To the doctor's.' In medici domum, seu tabernam. Vide in Gloss.

893. *Jam sublimem raptum oportuit.*] 'You should have had him upon your shoulders long ago.' Utitur tempore præterito quo summam celeritatem exprimat: Sic Aristoph. Pax. 1041. "Ἀλλ' ἥκειν ἐχρῆν." ('You should have been *there and back again* by now.')

Quo rapitis me? quo fertis me? Perii! Obsecro vostram fidem.
Epidamnienses, subvenite, cives! Quin me mittitis?
MES. Proh di inmortales, obsecro, quid ego oculis adspicio meis?
Herum meum indignissume nescio qui sublimem ferunt!
ME. Ecquis suppetias mihi audet ferre?
MES. Ego, here, audacissume.
O facinus indignum et malum, Epidamnii cives, herum
Meum hic in pacato oppido luci deripier in via,
Qui liber ad vos venerit!
Mittite istunc!
ME. Obsecro te, quisquis, operam ut des mihi,
Neu sinas in me insignite fieri tantam injuriam!
MES. Imo et operam dabo, et defendam, et subvenibo sedulo!
Nunquam te patiar perire! me perire est æquius.
Eripe oculum isti, ab humero qui tenet te, here, te obsecro!
Hisce ego jam sementem in ore faciam, pugnosque obseram.

v. 900. Qui, Ita V. B: *quid.* 901—903. Troch. Tetr. Cat. 903. *Meum,* monosyll. [Infra 917.] 904. Iamb. Dim. 905—947. Troch. Tetr. Cat. 907. *Operam,* media extrita syll. (*Op'ram,*) pronuntiand. [Supra 815.] 909. *Isti,* non elid.

903. *Pacato oppido,* etc.] Recte observat Lambinus singula hic vim quandam emphaticam habere: nam si in oppido *hostili,* aut *noctu,* aut *clam,* non in vicis publicis, aut *servus,* (non, ut hic, liber,) deriperetur, minus mirum, minusque indignum esset.

910. *Sementem faciam.*] 'I will presently sow a crop in these fellows' faces.' Metaphora sumta ab agris serendis. Alibi apud Nos-

Maxumo malo hercle hodie vostro istunc fertis! Mittite!

ME. Teneo ego huic oculum.

MES. Face ut oculi locus in capite adpareat!

Vos scelesti, vos rapaces, vos prædones!

LO. Periimus!

Obsecro, hercle!

MES. Mittite ergo!

ME. Quid me vobis tactio est?

Pecte pugnis!

MES. Agite, abite, fugite hinc in malam crucem!

Hem tibi etiam, quia postremus cedis, hoc præmi feres!

Nimis autem bene conmentavi ora, atque ex mea sententia. 917

v. 917. *Mea*, monosyll. [Supra 903. Infra 927.]

trum *Stimulorum seges* dicitur, cujus de tergo quasi messis sumitur. Conf. Rud. 668.

"Jam tibi messis hercle in ore fiet mergis pugneis."

912. *Oculi locus.*] 'The socket.' Oculo nimirum effosso. Citat GRÆV: Ov. Met. VIII. 805.

"Ventris erat pro ventre *locus*."

913. *Vos scelesti, vos rapaces!*] 'You villains, you ruffians, you thieves.' De Trochaico metro in hujusmodi scenis usurpato, Vide Supra 773. Insigne exemplum est, Aristoph. Eqq. 247. sqq.

"Παῖε, παῖε τὸν πανοῦργον, καὶ ταραξιππόστρατον,
Καὶ πανοῦργον, καὶ πανοῦργον· πολλάκις γὰρ αὔτ' ἐρῶ."

Consule quæ super hanc rem dixit Bentleius, in Σχεδιασμ: Metr. Terent. *sub. init.* (De Varietate Metrorum.)

916. *Hem! tibi etiam,* etc.] 'Here take you that too! you've got that favour for your pains, by moving off the hindmost.' Allusum ad notissimum, vel apud nos, proverbium; cui simile est illud, Horat. Ars. Poet. 417.

"Occupet extremum"......

917. *Ora commentavi.*] 'I've scored his face nicely for him.' Vide Gloss. Eadem metaphora usus est Noster SHAKSP. qui in fabula sua, hujus germana, ser-

Edepol, here, næ tibi suppetias tempore adveni modo.
ME. At tibi di semper, adulescens, quisquis es, faciant bene:
Nam absque te esset, hodie nunquam ad solem occasum viverem.
MES. Ergo edepol, si recte facias, o here, me emittas manu.
ME. Liberem ego te?
MES. Verum: quandoquidem, here, te servavi.
ME. Quid est,
Adulescens? Erras.
MES. Quid, erro?
ME. Per Jovem adjuro patrem,
Me herum tuom non esse.
MES. Non taces?
ME. Non mentior;
Nec meus servos unquam tale fecit, quale tu mihi.
MES. Sic sine igitur, si tuom esse negas me, abire liberum.
ME. Mea quidem hercle causa liber esto, atque ito quo voles.
MES. Nempe jubes?
ME. Jubeo hercle, si quid imperi est in te mihi.

v. 924. *Me* d. 925. *Meus*; et 927. *Mea*; monosyll. [Supra 917.]

vum inducit his verbis conquerentem;

"That you beat me at the mart I have your hand to show:
If the skin were parchment, and the blows you gave were ink,
Your own *hand writing* would tell you."...
Com. of Err. Act III. Sc. I.

918. *Suppetias adveni.*] 'By Jove, Master, but *I came to your help* just now in good time.' Vide Gloss. Supra 901.

926. *Sic sine abire.*] Sine me igitur, si me tuum esse negas, sic abire liberum. *Sic* δεικτικῶς positum, et cum gestu quodam pronuntiandum. LAMB. Vide Supra 265.

927. *Mea causa.*] 'For what I care.' Supra 629.

— *Liber esto.*] Formula manumissionis. Epid. 715. Ter. Adelph. V. VII. 13. Etc.

MES. Salve, mi patrone.

SERVOS ALIUS. Quom tu liber es, Messenio,
Gaudeo.

MES. Credo hercle vobis. Sed, patrone, te obsecro,
Ne minus inperes mihi, quam quom tuos servos fui.
Apud te habitabo, et, quando ibis, una tecum ibo domum. 932

v. 932. *Apud*, ult. litera elid. [Supra 13.] *Te*, non liquescit.

929. *Quom tu liber es*, etc.] Cum olim hic versus Menæchmo tribueretur, recte vidit nescio quis non posse Illius esse, quippe qui ne nomen quidem hujus adolescentis noverit; tum quoque obstabat illud *vobis* versu proximo. Loco igitur subvenire visum est, verba hæc Uni Ex Servis tribuendo. "Jam vero," (ut bene observat Carolus Balbach,) "ne ea quidem mutatione restituitur locus. Aderat enim in scena præter Lorarios, a Menæchmi socero missos, *nullus servus*, illique ipsi verberibus jam erant fugati. At etiamsi affuissent, nemo eorum Messenionem nominare potuisset, quem Epidamni nunc primum viderent: cujusque nomen, præter herum, servi tantum remiges (vv. 264. 350.) nosse poterant, quibuscum advecti erant: quos non affuisse, cum sublimis raperetur Menæchmus, jam exinde patet, quod nullum ipsi tulerint auxilium." [Immo Ipse, (v. 884.) clare dixerat se '*servos in tabernam collocasse*,' ut sit certo certius horum neminem adesse.] Hactenus ille; cujus tamen emendationem, ingeniosam illam quidem, sed longe audaciorem, non accipio;

MES. Salve mi patrone: quum tu liberas me, serio
Gaudeo.
ME. Credo hercle vero.
MES. Sed patrone,—

Mihi quidem nullo alio modo expediendus hic locus videtur, quam ut inter eas maculas referatur, 'Quas aut incuria fudit, Aut humana parum cavit natura.' Prorsus hic silent, quos vidi, Interpp. præter Bernard. Saracen. qui in aliam conjecturam, omisso nomine *Messenio*, se recepit. Cæterum Vide Infra 1044. Et confer Epid. 699; ubi *cum ironia*, (ut fortasse hoc loco,) hæc gratulatio occurrit.

931. *Ne minus inperes mihi.*] Dominus, qui servum manumittebat, nihilominus a servo, quem libertate donabat, operas in posterum stipulabatur. LAMB.

ME. Minime.
MES. Nunc ibo in tabernam; vasa et argentum tibi
Referam. Recte est obsignatum in vidulo marsupium
Cum viatico: id tibi jam huc adferam.
ME. Adfer strenue.
MES. Salvom tibi, item ut mihi dedisti, redhibebo. Hic me mane.
ME. Nimia mira mihi quidem hodie exorta sunt multis modis:
Alii me negant eum esse, qui sum, atque excludunt foras;
Socer et medicus me insanire dicunt. Quid sit, mira sunt,
Vel ille, qui modo sese aiebat petere argentum, qui meum
Se modo esse aiebat servom, quem ego modo emisi manu,
Is mi adlaturum cum argento sese ait marsupium.
Id si attulerit, dicam ut a me abeat liber, quo volet;
Ne tum, quando sanus factus siet, a me argentum petat.
Hæc nihilo esse mihi videntur secius quam somnia.
Nunc ibo intro ad hanc meretricem, quamquam suscenset mihi;
Si possum exorare, ut pallam reddat, quam referam domum.

v. 933. *Minime*, Ita V. B: autem, *Meminens nunc ibo*, etc. et MESSENIONI tribuit. 936. *Item*, B: *ita*. Pro *redhibebo*, Libri nonnulli *reddibo*, ut sit vet. fut. pro *reddam*. [Ita hunc locum citat Nonius, Cap. VII. 75. et Casin. *Ruri reddibo*.] 940. *Ille*, prior syll. corrip. *aiebat*, ex conject. Bothei. 943. *Me*, non elid.

933. *Minime.*] Ita secum suppressa voce ait Menæchmus, haud mirum enim si hominem ignotum domi suæ alere nolit.

944. *Sanus.*] Nunc enim Messenionem insanum esse non absurde conjicit, ut qui se herum suum credat. BOTHE.

ACT. V. SCENA VI.

MENÆCHMUS SOSICLES. MESSENIO.

ME. Men' hodie usquam convenisse te, audax, audes dicere,
Postquam advorsum mi inperavi ut huc venires?
MES. Quin modo
Eripui, homines qui ferebant te sublimem quatuor,
Apud hasce ædis; tu clamabas deum fidem atque hominum omnium,
Quom ego adcurro, teque eripio vi pugnando ingratiis.
Ob eam rem, quia te servavi, me amisisti liberum.
Quom me argentum dixi petere, et vasa: tu, quantum potest,
Præcucurristi obviam, ut, quæ fecisti, inficias eas.
ME. Liberum ego te jussi abire?
MES. Certo.
ME. Quoi certissumum est,
Mepte potius fieri servom, quam te unquam emittam manu?

vv. 948—957. Troch. Tetr. Cat. 951. *Deum*, monosyll. 952. *Quom*, non liquescit.

950. *Homines*, etc.] Constructio est, (ut recte notat LAMB:) Eripui te *ab hominibus* quatuor, qui homines te sublimem ferebant. Vide similem construct. Supra 226.

954. *Petere.*] Pro *petiturum*. Vide in v. 439.

957. *Mepte potius fieri servom.*] Simile quid ait Simo senex, astuto servo suo interminans, apud Ter. Andr. I. II. 28.

"Verberibus cæsum te, Dave, in pistrinum
dedam usque ad necem,
Ea lege atque omine, ut, si te inde exemerim, ego pro te molam."

ACT. V. SCENA VII.

MENÆCHMUS. MESSENIO. MENÆCHMUS SOSICLES.

ME. Si voltis per oculos jurare, nihilo hercle ea causa magis
Facietis, ut ego hodie abstulerim pallam et spinther, pessumæ.
MES. Proh di inmortales, quid ego video?
ME. S. Quid vides?
MES. Speculum tuom.
ME. S. Quid negoti est?
MES. Tua est imago! tam consimilist, quam potest!
ME. S. Pol profecto haud est dissimilis, meam quom formam noscito.
ME. O adulescens, salve, qui me servavisti, quisquis es!
MES. Adulescens, quæso hercle loquere tuom mihi nomen, nisi piget.

vv. 958, 959. Troch. Tetr. Cat. *Oculos*, media extrita syll. (*oc'los*,) pronuntiand. [Supra 815.] *Ea*, monosyll. 960. Iamb. Tetr. (Metro non male, ut in re insperata, mutato.) 961—965. Troch. Tetr. Cat. 961. *Tua*; et 962. *Meam*; et 964. *Tuom*; monosyll.

958. *Si voltis per oculos jurare.*] Quibus nihil carius. (Vide in v. 593.) Hic autem incipit ἀναγνώρισις, de qua Aristot. Poet. Capp. 20—21.

959. *Pessumæ.*] Erotium nempe, ejusque ancilla.

960. *Speculum tuom.*] Habuit ante oculos hunc locum SHAKSP.

"Methinks you are *my glass*, and not my brother."

Com. of Err. Act V. Sc. *ult.*

Noster Amph. 288.

"Certe edepol, quom illunc contemplo, et formam cognosco meam,
Quemadmodum ego sum; (sæpe in speculum inspexi;) nimis similist mei." sqq.

961. *Tam consimilist, quam potest.*] 'He is as like as possible.' I. e. *Consimilis est*. Amphitr. (citat. in vers. præced.)

"Tam consimilist atque ego."

962. *Meam quom formam noscito.*] 'When I call to mind my figure.' Vide Amphitr. *supra cit.*

ME. Non edepol ita promeruisti de me, ut pigeat, quæ velis.
Mihi est Menæchmo nomen.
ME. S. Imo edepol mihi.
ME. Siculus sum Syracusanus.
ME. S. Ea domus et patria est mihi.
ME. Quid ego ex te audio?
ME. S. Hoc, quod res est.
MES. Novi equidem hunc: herus est meus.
Ego quidem hujus servos sum; sed me esse hujus credidi.
Ego hunc censebam te esse; huic etiam exhibui negotium.
Quæso, ignoscas, si quid stulte dixi atque inprudens tibi.
ME. S. Delirare mihi videre. Non conmeministi, simul
Te hodie mecum exire e navi?
MES. Enimvero æquom postulas:
Tu herus es, tu servom quære. Tu salveto! tu vale!
Hunc ego esse aio Menæchmum.
ME. At ego me.
ME. S. Quæ hæc fabula est?
Tu es Menæchmus?
ME. Me esse dico, Moscho prognatum patre.

v. 966. Iamb. Trim. 967—1057. Troch. Tetr. Cat. *Ea*, monosyll. 969. *Esse*, non elid. 970. *Ego*, non liquescit. 974. *Tu herus*; *Tu*, non liquescit.

966. *Mihi est Menæchmo nomen.*] De constructione dictum in Gloss. ad Prolog. 43.

968. *Hunc.*] Nota, (quod observat Lambinus,) usque adhuc errare Messenionem, eumque esse herum suspicari, qui non est; eum autem, qui est, non putare. Sed in v. 972, in viam rectam ab hero revocatur.

970. *Exhibui negotium.*] 'I have occasioned trouble to.'

976. *Moscho patre.*] Vide in v. 316.

ME. S. Tun' meo patre es prognatus?
ME. Imo equidem, adulescens, meo;
Tuom tibi neque occupare, neque præripere, postulo.
MES. Di inmortales, spem insperatam date mihi, quam suspico!
Nam nisi me animus fallit, hi sunt gemini germani duo:
Nam et patriam et patrem conmemorant pariter, qui fuerint sibi.
Sevocabo herum. Menæchme!
ME. AMBO. Quid vis?
MES. Non ambos volo;
Sed uter vostrum est advectus mecum navi?
ME. Non ego.
ME. S. At ego.
MES. Te volo igitur. Huc concede.
ME. S. Concessi. Quid est?
MES. Illic aut homo sycophanta, aut geminus est frater tuos:
Nam ego hominem homini similiorem nunquam vidi ego alterum;
Neque aqua aquæ, neque lacte est lacti, crede mihi, usquam similius,

v. 978. *Tuom*, monosyll. 979. *Suspico;* Ita Pal. "Quod non spernendum, quippe quod Plautus etiam alibi usurpaverit." B. [Vide Gloss.] 983. *Vostrum*, non liquescit.

979. *Spem insperatam date.*] 'Realise, and confirm.' Quod ait Virg. Æn. II. 691.

"Hæc omina firma."

984. *Huc concede.*] Supra 81.

987. *Aqua aquæ; lacte lacti.*] Hujus proverbialis locutionis exempla passim occurrunt. Conf. Amph. 446.

"Neque lac lacti magis est simile, quam ille ego similist mei."

Quam hic tui est, tuque hujus autem; post eandem patriam ac patrem
Memorat. Melius nos adire est, atque hunc percontarier.
ME. S. Hercle quin tu me admonuisti recte, et habeo gratiam.
Perge operam dare, obsecro hercle! Liber esto, si invenis
Hunc meum fratrem esse!
MES. Spero.
ME. S. Et ego item spero fore.
MES. Quid ais tu? Menæchmum, opinor, te vocari dixeras.
ME. Ita vero.
MES. Huic item Menæchmo nomen est. In Sicilia
Te Syracusis natum esse dixisti; hic natust ibi.
Moschum tibi patrem fuisse dixisti; huic itidem fuit.
Nunc operam potestis ambo mihi dare et vobis simul.
ME. Promeruisti, ut ne quid ores, quod velis, quin inpetres.
Tanquam si emeris me argento, liber servibo tibi.

v. 992. *Spero*, ob personam mutatam non elid.

Mil. G. 242.

"Tam similem, quam lacte lacti est."

Bacch. Prol. 49.

"Non minus similis, quam lacti lac, si conferas,
Aut aquam aquæ."

Citat Interpr. Britann. SHAKSP.

"To be acquainted with this stranger; 'tis as like you
As cherry is to cherry."

Henr. VIII. Act V. Sc. III.

"Sic" (ait LAMB.) "in proverbio est *ovorum* similitudo, ut testatur M. Tull. Lib. IV. Acad. Quæst." Idem quoque hodie apud nos valet, ut et *pisorum*. (*As like as two peas.*) Adde, Cic. Att. IV. 8. Qui citat nescio cujus Comici versus,

"Σύκῳ μὰ τὴν Δήμητρα σύκον οὐδὲ ἓν
Οὔτως ὅμοιον γέγονεν."

Theophr. Char. Περὶ 'Αρεσκ. "Σύκου ὁμοιότερα." Etc.

991. *Liber esto.*] De hac formula, Vide Supra 927.

MES. Spes mihi est, vos inventuros fratres germanos duo
Geminos, una matre natos et patre uno, uno die.
ME. Mira memoras. Utinam ecficere, quod pollicitus, possies!
MES. Possum. Sed nunc, agite, uterque id, quod rogabo, dicite.
ME. Ubi lubet, roga: respondebo; nil reticebo, quod sciam.
MES. Est tibi nomen Menæchmo?
ME. Fateor.
MES. Est itidem tibi?
ME. S. Est.
MES. Patrem fuisse Moschum tibi ais?
ME. Ita vero.
ME. S. Et mihi.
MES. Esne tu Syracusanus?
ME. Certo.
MES. Quid tu?
ME. S. Quippini?
MES. Optume usque adhuc conveniunt signa. Porro operam date.
Quid longissume meministi, dic mihi, in patria tua?
ME. Cum patre ut abii Tarentum ad mercatum; postea
Inter homines me deerrare a patre, atque inde avehi.
ME. S. Jupiter supreme, serva me!
MES. Quid clamas? quin taces?

v. 1004. *Roga*, ult. syll. corrip. [Supra 540.] 1010. *Tarentum*, non liquescit.

1005. *Est tibi nomen Menæchmo?*] Eadem constructio quæ Supra 966. et Prolog. 43. qu. vid.

1008. *Optume usque adhuc conveniunt signa.*] 'The proofs agree admirably so far.'

1012. *Jupiter supreme, serva me.*] Exclamatio frequens, ubi

Quot eras annos natus, quom te pater a patria avehit?
ME. Septuennis; nam tum dentes mihi cadebant primulum;
Neque patrem postilla vidi unquam.
MES. Quid? vostrum patri
Filii quot eratis?
ME. Ut nunc maxume memini, duo.
MES. Uter eratis, tun', an ille, major?
ME. Æque ambo pares.
MES. Qui id potest?
ME. Gemini ambo eramus.
ME. S. Di me servatum volunt.
MES. Si interpellas, ego tacebo.
ME. S. Potius tacebo.
MES. Dic mihi:
Uno nomine ambo eratis?
ME. Minume: nam mihi hoc erat,
Quod nunc est, Menæchmo; illunc tum vocabant Sosiclem. 1021

v. 1015. *Vidi*, non elid. 1019. *Potius*, dissyll. [Supra 830.] 1021. *Menæchmo*, non liquescit.

solidum et insperatum gaudium subito alicui acciderit. Nost. Capt. 694.

"Jupiter supreme, servas me, measque auges opes!"

Ibid. 902.

"Serva, Jupiter supreme, et me et meum natum mihi!"

1014. *Dentes mihi cadebant.*] Citat LAMB. Plin. N. H. VII. 16. "Primores septimo mense gigni dentes; *septimo* eosdem decidere *anno*, aliosque suffici." Et Macrob. Somn. Scip. Lib. I. "Post annos septem, dentes qui primi emerserant aliis aptioribus ad cibum solidum nascentibus cedunt." Adde Juv. Sat. XIV. 10.

"Quum septimus annus
Transierit puero, nondum omni dente renato."

De hac re ludit Aristoph. Ran. 418.

"῞Ος ἑπτέτης ὢν, οὐκ ἔφυσε φράτορας."

ME. S. Signa agnovi: contineri, quin conplectar, non queo!
Mi germane gemine frater, salve! Ego sum Sosicles.
ME. Quomodo igitur post Menæchmo nomen est factum tibi?
ME. S. Postquam ad nos renuntiatum est de te, et patrem mortuom,
Avos mutavit noster; tibi quod nomen est, fecit mihi.
ME. Credo, ita esse factum, ut dicis. Sed mi hoc responde.
ME. S. Roga.
ME. Quod erat nomen nostræ matri?
ME. S. Theusimarche.
ME. Convenit.
O salve, insperate, multis annis post quem conspicor,
Frater!
ME. S. Et tu, quem ego multis miseriis, laboribus,
Usque adhuc quæsivi, quemque ego esse inventum gaudeo!
MES. Hoc erat, quod hæc te meretrix hujus vocabat nomine:
Hunc censebat te esse, credo, quom vocat te ad prandium.
ME. Namque edepol hic mi hodie jussi prandium adpararier,
Clam meam uxorem: quia pallam subripui dudum domo,

v. 1026. *Avo'*, [Supra Prol. 44.] 1030. *Quem*, non liquescit. 1032. *Huju'*. 1034. *Mi*; B: *mihi*, inconcinnis numeris.

1022. *Contineri, quin conplectar, non queo.*] 'I cannot *contain myself.*' Sensu medio, ut Supra 170. Rud. 1072.

"Ea profecto est! Contineri, quin conplectar, non queo."

1024. *Nomen est factum tibi.*] Vide Gloss. in v. 1. Infra 1026.

1028. *Convenit.*] 'Right.' Supra 1008.

Eam dedi huiic.
ME. S. Hancne dicis, frater, pallam, quam ego habeo?
ME. Quomodo hæc ad te pervenit?
ME. S. Meretrix huc ad prandium
Me abduxit; sibi dedisse me aibat: prandi perbene,
Potavi, atque adcubui scortum; pallam, et aurum hoc mi dedit. 1039
ME. Gaudeo edepol, si quid propter me tibi evenit boni:
Nam illa quom ad sese vocabat, te me esse credidit.
MES. Numquid me morare, quin ego liber, ut jussisti, eam?
ME. Optumum atque æquissumum orat, frater: fac causa mea.
ME. S. Liber esto.
ME. Quom tu es liber, gaudeo, Messenio.
MES. Sed meliore est opus auspicio, ut liber perpetuo siem.

v. 1036. *Eam*, monosyll. *Huiic*, dissyll. 1038. *Me* d *abduxit*. 1041. *Me* d. 1039. *Mihi dedit*, B: Supplementum Camerarii.

1044. *Quom tu es liber*, etc.] Vide Supra 929. Cum autem ibi Messenionem falso gaudio elatum, et sibi, tanquam revera manu emisso, gratulantem, secreto riserit iste Menæchmus necesse est; nunc ille iterum hanc formulam, joci causa, repetit: et hinc apparet qua mente Messenio, versu proximo, hæc verba accipiat, cum ait, 'meliore opus esse auspicio, ut *perpetuo liber* sit.' Perperam enim Lambinus refert ad *cibum et istiusmodi necessaria*, de quibus Ter. in fin. Adelph.

1045. *Meliore est opus auspicio*, etc.] Qui semel spei falsus sit, non tam facile inducitur ut iterum in eodem recumbat. Quam longe autem nuper erraverit, jamdiu certior est factus Messenio: nunc igitur, cum expertus videat parum per se ad libertatem efficere *verba* ista, 'Cum tu liber es, gaudeo,' eadem nunc meliore auspicio, (h. e. *factis*,) confirmari vult: et innuit manumissionem publice, apud Prætorem, (per vindictam, aut tal. al.) ratam faciendam esse: quo facto, tum demum jure se '*perpetuo* liberum' prædicare posset. Vide in Gloss.

ME. S. Quoniam hæc evenerunt nostra, frater, ex sententia, 1046
In patriam redeamus ambo.
ME. Frater, faciam, ut tu voles:
Auctionem hic faciam, et vendam quidquid est. Nunc interim
Eamus intro, frater.
ME. S. Fiat.
MES. Scitin', quid ego vos rogo?
ME. Quid?
MES. Præconium ut mihi detis.
ME. Dabitur.
MES. Ergo nunc iam
Vis conclamari auctionem fore? quo die?
ME. Die septimi.
MES. Auctio fiet Menæchmi mane sane septimi. 1052
Venibunt servi, supellex, fundi, ædes. Omnia
Venibunt, quiqui licebunt, præsenti pecunia.

v. 1049. *Eamus*, dissyll. 1051. *Quo die?* Hic *die*, monosyllabice pronunt. [Supra 80. 498.] B: *Quid est? dic.* ME. *Septimi.* Quod dedi, est in Edd. fere omnibus; et Mss. habent, *Die Septimi.* Ult. syll. autem posterioris *die* corripitur; (Vide Aul. Gell. citat. in Gloss.) 1053. *Fundi*, non elid.

1050. *Præconium.*] H. e. *Præconis officium;* Cujus erat emptores per populum ad merces emendas, (Hor. Ars. Poet. 419.) clamore magno invitare: et hæc erat *auctionis conclamatio,* de qua vide in vers. prox.

1051. *Vis conclamari,* etc.] 'Is it your pleasure that public notice be now given that an auction will take place?' Vide Gloss. in voc. *Præconium;* et confer Lucian. Βίων πρᾶσις. Cap. 1. "Σὺ δὲ κήρυττε, καὶ συγκάλει ἀγαθῇ τύχῃ τοὺς ὠνητὰς ἤδη παρεῖναι πρὸς τὸ πωλητήριον."

— *Die septimi.*] 'On the seventh day.' Vide Gloss.

1054. *Venibunt, quiqui licebunt.*] 'They shall be sold without reserve to the highest bidder.' Vid. Gloss.

— *Præsenti pecunia.*] 'For ready money.' Qui mos olim fuit,

Uxor venibit quoque etiam, si quis emtor venerit.
Vix credo auctione tota capiet quinquagesies.
Nunc, spectatores, valete, et nobis clare adplaudite!

ut hodie quoque, in auctionibus; nisi aliquando exceptio daretur, quod ridicule factum est apud Lucian. (supra citat.) "Εἰ δέ τις οὐκ ἔχει τὸ παραυτίκα τἀργύριον καταβαλέσθαι, εἰς νέωτα ἐκτίσει, καταστήσας ἐγγυητήν."

1057. *Nobis clare adplaudite.*] Sollennis fabulæ finiendæ formula. Notum vel ex Hor. A. P. 153.

"Si plausoris eges aulæa manentis, et usque Sessuri, donec Cantor *Vos plaudite* dicat."

GLOSSARIUM

IN

MENÆCHMEI.

P

GLOSSARIUM

IN

MENÆCHMEI.

PROLOGUS.

v. 1. Salutem.] *Greeting.* *Salutem nuntio,* h. l. valet id. qu. *Salvere jubeo.*

— Propitiam.] *Auspicious.* Faustam. A *prope* et *itius,* ab *eo;* quia *præsentes* dicebantur Dii faventes, seu *propitii.* Virg. G. I. 10. "Agrestum præsentia numina, Fauni;" (i. e. *Propitia,* Serv.) Æn. I. 526. "*Propius* res adspice nostras." (i. e. *Præsens* sis, seu *Propitius.*) Sic *Novitius,* Juv. Sat. III. 265. (Ubi de *noviter adveniente* loquitur.) Male Alfenus apud Gell. VI. 5. "Novum novicium dicimus, et proprium *propicium,* augere atque intendere volentes novi et proprii significationem."

3. Adporto.] Vide Nott. Ludit iterum in verbo, Merc. 158. Ac. "Tibi equidem a portu *adporto* hoc. Ch. Quid fers? Ac. Vim, metum, cruciatum, curam, jurgiumque, atque inopiam. Ch. Perii, tu quidem thesaurum huc mi *adportavisti* mali."

5. **Animum advortite.]** Recentt. *animadvertite.* Sic *Senecta ætate,* pro senectute; *Magnus animus,* magnanimitas; *Æquus animus,* æquanimitas; et simill.

7. **Atque.]** *Now.* Qui sensus nonnunquam in exordiis usurpatur; omisit autem Gell. X. 29. Ubi, de hac particula agens, ait; "*Atque* plerumque sane conjungit verba et connectit: sed interdum alias quasdam significationes habet non satis notas, nisi in veterum literarum tractatione atque cura exercitis.“ Infra 472.

8. **Autumant.]** *Give out.* Dicunt, narrant; quasi *auctores sunt;* ut sit pro *auctumant:* Sic *Autumnus,* pro auctumnus, ab augeo, *auctus;* (quia *auget* terram frugibus.) Infra 662.

11. **Græcissat.]** *Adopts the Grecian customs.* Græcos imitatur: Par. Formatur ut Atticissat et Sicilicissitat, a Græca terminatione in ιζω. Nam docet Valla ex Prisciano, "Latinos consuesse *z* litteram in geminum *ss* convertere, ut *patrisso* pro patrizo, [Ter. Ad. IV. 11. 25.] Ita *Græcisso* pro Græcizo.“ Aliquando etiam per *z* enunciare, ait, et Ciceronem, et ipsum Plautum; in cujus Comœdiis habemus *badizo, apolactizo,* &c.

12. **Atticissat.]** 'Αττικίζει. Atticos imitatur: Facc: ex Festo, qui citat Apulei: in Florid. n. 18. "Quamvis optime Latine possit, tamen hodie nobis *Atticissabit.*"

— **Sicilicissitat.]** Siculos imitatur. "A *Sicilia* autem fit *Sicilus,* Siculus, et *Sicilicus:* unde *Sicilicisso,* et *Sicilicissito;*“ Par. Græce Σικελικίζω. [Quamvis longe alio sensu κατεσικέλιζε usurpaverit Arist. Vesp. 911.] Vox nusquam alibi occurrit. De *Siculis* autem, tanquam *Græcis,* loquitur Cic. Verr. II. 129. "Est consuetudo *Siculorum,* cæterorumque *Græcorum.*"

13. **Antelogium.]** *Preamble; preface.* Fabulæ procemium. Ex *ante* et λόγος. Vel ex *elogium;* (quod est titulus brevis, seu inscriptio in rem aliquam.)

14. Demensum.] *Measured out.* DONAT. in Ter. Phorm. I. I. 9. "Servi quaternos modios accipiebant frumenti in mensem: et id *demensum* dicitur. Et utrum a *mense,* an a *metiendo* incertum est." Imo ipsum *mensis* a *metior,* "quia *mensa* spatia conficit:" (Ut ait Cic. De N.D. 27.)

15. Modio.] *By the peck.* *Modius,* mensura est aridorum et liquidorum, continens sextarios sexdecim; (rather more than a peck English;) ut docet, ex optimorum auctoritate, FACC. Cæterum est a *modus,* quia hac mensura plurimum usi sunt Romani. Ita nos κατ' ἐξοχὴν dicimus, 'a measure.' Cic. Att. VI. 1. *post. med.* [cit. ap. GRON.] "Habent, *pleno modio,* verborum honorem."

— Trimodio.] *By three pecks.* Trimodium, mensura trium modiorum. Plin. XXXIII. 1. "Neque enim aliter potuissent *trimodia* illa anulorum Carthaginem mitti."

— Ipso horreo.] *By the barn-full.* *Horreum,* dictum fortasse quasi *hordeum,* "quod proprie fuerit locus hordeo asservando accommodatus, ut *farreum* in quo reponeretur *far:* sed postea dici cœperit de quarumlibet frugum repositorio." FACC. Alii ab ὡρέω curo, ut sit pro ὡρεῖον. Alii pro ὡραῖον, ab ὥρα.

16. Benignitas.] *Bountifulness.* Cist. 495. "Ne bene merenti sit malo *benignitas.*" (The free and liberal manner in which she has told us all.) Differt autem a liberalitate, ait FACC. "Nam *liberalitas* versatur tantummodo in largitione: *benignitas* significat inclinationem ad benefaciendum quocunque modo possumus. Differt etiam a *comitate,* hæc enim consistit in blandis ac benevolis *verbis,* illa in re et *factis.*"

19. Mater.] *Foster-mother; nurse.* Τιτθή. Nonius Cap. V. 9, (qui hunc locum citat,) ait, "*Genitrix* a *matre* hanc habet distantiam: quod genitrix, semper quæ *genuerit,* nuncupatur; *mater* vero ali-

quando pro nutrice ponitur. Virg. Æn. VIII. 632. "Geminos huic ubera circum, Ludere pendentes pueros et lambere *matrem*." Qua voce designatur *lupa*, quæ Romulo Remoque mammam dedit." Noster Truc. 863. "Puero opust cibum; opus est autem *matri*, quæ puerum lavit." Adde Cist. 192. sqq. (Ubi non de matre quæ pepererat, *sed quæ educaverat*, loquitur.) Gell. XII. 1. "*Matris, quæ genuit*, neque sensum ullum neque desiderium capit."

20. Internosse.] *Distinguish between them.* Amph. Prol. 142. "*Internosse* ut nos possitis facilius."

— Mammam.] *The breast; pap.* Τιτθός. Tam in bestiis quam in homine, sed in hoc fortasse sæpius: ut fallantur qui dicunt de homine solo usurpari. *Uber* contra sæpius in bestiis quam in homine. Sunt etiam qui ita distinguunt, ut sit *mamma* quæ exterius apparet, *uber* interior officina lactis: conjunctim enim haud semel leguntur; Lucr. V. 883. et Gell. XII. 1. "Ubera mammarum."

21. Neque adeo.] *Nay not even.* Infra 211. Pro, *quin imo*, vel, *quod plus est;* (amplificatione sententiæ.) Cistell. 331. "Respondit paucis verbis, *atque adeo* fideliter." Cic. Catal. I. 2. "Ducem hostium intra mœnia, *atque adeo* in Senatu vidimus." Att. I. 17. *ad fin.* "Ego princeps, *atque adeo* secundus." Phædr. Fab. IV. 7. "*Nec* quem petebat potuit *adeo* adtingere."

24. Septuennes.] *Seven years old.* Infra 1014. Qui septem sunt annorum. Pœnul. Prol. 66. "Puer *septuennis* subripitur Carthagine." Scribitur et *septennis*, (ut quinquennis, sexennis, octennis, &c.) contra sep*tua*ginta, non sep*ta*ginta, legitur.

25. Oneravit.] *Freighted.* Onero, ἐπιφορτίζω. "Ex hoc verbo navis *oneraria* dicta, quam Græci φορτηγὸν, et ὁλκάδα, nominant." Lamb.

— Navim.] Vet. Accus. pro *navem*. Vide Infra 310.

26. Alterum.] *One of the two.* Hoc enim *alter* ab *alius* distat, quod hic de pluribus dicatur, ille de duobus tantum. "Quidam," ait Festus, "arbitrantur factum esse a Græcis dictionibus ἄλλος ἕτερος." Sic *Neuter*, Infra 688, pro *ne uter*, (h. e. *ne* ἕτερος.)

27. Tarentum.] Hodie *Tarento.* "Urbs ampla in ea parte Italiæ quæ dicitur Magna Græcia, ad sinum Tarentinum sita, olim valde potens, et præcipue mercaturæ dedita. Conditor fuit Taras Neptuni filius." Facc.

— Ad mercatum.] *To traffick.* Merc. Prol. 11. "Pater *ad mercatum* hinc me meus misit Rhodum."

30. Mortales multi.] *A great crowd.* Gell. XIII. 28; Longe esse amplius, ait, in significanda totius prope civitatis multitudine, *mortales* quam *homines* dixisse: "Nam *multorum hominum* appellatio, inter modicum quoque numerum cohiberi atque includi potest, *multi* autem *mortales* nescio quo pacto, et quodam sensu inenarrabili, omne fere genus quod in civitate est, et ordinum et ætatium et sexus, comprehendunt. Quod scilicet Quadrigarius, ingentem atque promiscuam multitudinem volens ostendere, '*cum multis mortalibus* Metellum in Capitolium venisse' dixit, ἐμφατικώτερον quam si cum multis hominibus dixisset." Hoc sensu Cic. Div. 5. "Defendo enim *multos mortales,* multas civitates, provinciam Siciliam totam."

— Ut ad ludos.] *As is usual to shows.* *Ut* hac significatione non raro occurrit. Ov. Trist. I. i. 17. "*Ut* in populo." (As is the case.) &c. Ita apud Græcos ὡς usurpatur.

31. Aberravit.] *Strayed; lost his way.* Plerumque translata significatione occurrit: sed Vide loc. Petronii, cit. in v. 46.

32. **Epidamniensis.]** Formatur a substantivo Epidam*nium*, eodem modo quo fit ex Rheg*ium*, Rhegiensis; Apollo*nia*, Apolloniensis; Hispa*nia*, Hispaniensis; Massi*lia*, Massiliensis; [Infra 152.] &c. Contra ex Lipa*ra*, Liparensis; Myce*næ*, Mycenensis, &c. Ut nihil opus sit Botheum audire, Epidamnium adverbialiter accipientem. Athen*ien*ses inusitatius ab Athe*næ*, legimus. Et contra, Illur*ios* ab Illuria. [Infra 152.] Epidam*nius*, Infra 175, ab usitatiori Epidam*nus* formatur.

33. **Epidamnium.]** *To Epidamnum.* Urbs Macedoniæ inter gentes Illyricas sita, in ore maris Hadriatici; Postea Dyrrachium, (unde hodie *Durazzo,*) appellata. Forma autem substantivi est minus usitata pro vulg. *Epidamnum;* quod dant codd. nonnulli. Et hinc Epidamniensis, versu superiori. Vide Infra 180.

35. **Animum despondit.]** *Took it to heart.* "Est proprie *animum despondere,*" ait Saracenus, "omnem vivendi spem amittere, et veluti ex desperatione mori." Mil. G. 6. "Neve *despondeat animum.*" (i.e. ne desperet, et salutis spem deserat.) Ibid. 1040. Merc. 606. Eu. "Quæso hercle: *animum* ne *desponde!* Ch. Nullust, *quem despondeam.*" Liv. III. 38. "Nec ipsi solum *desponderant animos,* sed contemni cœpti erant a finitimis." Citat Facc. Varro Lib. V. L. L. c. 7. "*Despondere animum* dictum est, eo modo quo *despondere filiam:* quia quemadmodum qui filiam alteri uxorem promittit, finem statuit suæ *spontis,* seu voluntatis, hoc est omnem de filia voluntatem et curam deponit, et in sponsum transfert; ita qui *despondet animum,* omnem deponit spem curamque sui."

— **Ægritudine.]** *Grief.* Proprie, ut h. l. *animi.* Funcc. Vir. Æt. L. L. Pars. II. Cap. viii. §. iii. "Omnibus, vel ex Terentio, nota est propria *ægritudinis* significatio, quod sit *animi ægri* affectio atque dolor; et non perinde ut *ægrotatio* ad corporis morbos transferatur." Et citat Cic. Tusc. Lib. III. 10. "Ut *ægrotatio* in *corpore,* sic *ægritudo* in *animo* nomen habet non sejunctum a dolore." Tum

recte subjungit: "At sequioris ævi scriptores eam linguæ Latinæ castitatem vix satis observabant."

36. Emortuost.] *Emortuus est.* Antiqui enim, si in qua voce litera *u* geminaretur, posteriorem in *o* commutabant. E. g. *tuom, clavom, servolum, instruontur,* &c.

37. Nuntius.] *News.* Aliquando plurali numero; Cic. Att. III. 17. "*Nuntii* nobis tristes, nec varii venerunt." Duplici significatione occurrit pro re nuntiata, et ipso nuntio. Par. *Lex. Plautin.*

42. Indit.] *Imponit.* Indo, is, ere; ab *in, do, dare.* Infra 4. 180. Capt. 1. "Juventus *nomen indidit* scorto mihi." &c. Tac. Annal. II. 56. "Quod illi vocabulum *indiderunt.*" Cæterum in vers. prox. *Menæchmo* in *dativo* legitur, ad appositionem τοῦ *Illi.* Sic. Hor. Sat. II. iii. 25. "Mercuriali Imposuere mihi cognomen compita." Virg. G. III. 147. "*Cui* nomen asilo Romanum est." &c.

44. Ipsus.] Vett. pro *Ipse:* Præcipue apud Comicos.

46. Flagitarier.] Cum strepitu et clamore quæri. Pseud. 550. "Si non dabis, *Clamore* magno et multum *flagitabere.*" (Ubi creditor argentum cum convicio deposcit.) Petron. Sat. Cap. 92. "Non minore clamoris indignatione Gitona *flagitabat.*" Nostro fortasse loco valet, *Proclamari;* Vide Nott. Et confer Petron. Sat. Cap. 97. "Præco hæc proclamavit: 'Puer in balneo paullo ante aberravit, annorum circa XVI. crispus, mollis, formosus, nomine Giton. Si quis eum reddere, aut commonstrare voluerit, accipiet nummos mille.'"

47. Prædico.] Τὸ *prius* additur per pleonasmum; ut sit prædico, *is,* (penult. longa;) non prædico, *as,* (penult. brevi.) Sic v. 1. Supra, *Primum a principio.* Infra 55. *Mage majores.* &c.

49. Pedibus.] Scilicet *Carminis.* Ut Hor. Sat. I. x. 59. "*Pedibus* quid claudere senis." Sed verbo ambiguo joci causa usus est, quasi aliquis crederet eum revera, et suis pedibus, in Epidamnum iturum esse.

50. **Examussim.]** *Exactly, accurately.* Alibi, *Ad amussim.* Quasi, 'ad regulam fabrorum.' Noster in Amphitr. "Hic rem *examussim* enarrat." Ibid. "Omnia *examussim* loquitur." Nonius Cap. I. 28. "*Examussim* dicitur, examinate ad regulam. Est enim *amussis* regula fabrorum, quam architecti, cum opus probant, rubrica illinunt." Etymologici conflatam putant hanc vocem ex *am* circum, et *assis*, pro *asser*, tabula.

53. **Unde.]** *Wherewithal.* Ter. Ad. I. II. 42. "Est (Diis gratia,) et *unde* hæc fiant." (I have wherewithal to accomplish this.)

54. **Nugas egerit.]** *Nugas agere,* id. qu. Nugari. Infra 523, &c.

55. **Mage majores.]** Infra 872. Hellenismus: Ut Eurip. Hec. 377. Μᾶλλον εὐτυχέστερος. Aristoph. Μᾶλλον ὀλβιώτερος. &c. Noster Amph. 145. *Mage* modum in *majorem.* Stich. 675. *Magis dulcius.* Capt. 565. *Magis* hoc certo *certius.* &c.

— **Mage.]** Vett. pro *magis.* Infra 273. 295. &c.

56. **Adsto.]** Pro simpl. *sto.* Infra 304. Æn. II. 328. "Mediis in mœnibus *adstans.*" Noster Merc. 128. "At etiam *adsto?*"

57. **Illic.]** Vett. pro *ille.* Infra 22. Passim apud Nostrum.

59. **Nisi.]** *Except.* Per jocum; quasi divitiæ *liberorum* loco ei essent. Sic Rud. 816. "Neque piscium unciam cepi, *nisi hoc,* quod fero hic in rete." (Ubi *vidulum* intelligit.)

61. **Dotatam.]** *With a great dower.* Vide in v. 670.

62. **Obiit diem.]** *Died.* Varie hanc phrasim usurpabant: Nam et *obire diem;* et *suum diem;* [Pœnul. 774. Cist. 174.] et, *supremum diem;* et, *mortem;* et, *obire,* absolute dixerunt.

63. **Pluverat.**] A *pluo*, perf. *pluit*, et *pluvit*. Confert LAMB: Lucr. I. 387; *Fuvat* pro fuat, (idque pro *fuerit*.) Scaliger, "*Annuvit*, apud Ennium, ab annuveo; ut sit *pluverat* ab antiqua forma *pluveo*."

66. **Crucem.**] Infra 749. 814. Crux erat lignum in quo nequam homines figebantur: inde pro *omni cruciatu seu calamitate* translate sumitur. Similiter Aristoph. ἐς κόρακας ἐλθεῖν. Avv. 28. Pax. 117. etc. Cæterum, quam indigne hoc supplicium tulerint Romani, colligitur ex Cic. Pro C. Rabir. V. 16. "Carnifex vero, et obductio capitis, et *nomen ipsum crucis*, absit non modo a corpore civium Romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus." et sqq.

69. **Habet.**] *Lives*. Pro *habitat*. Nos vulg. *Keeps*. Aul. Prol. 5. "Qui nunc hic *habet*." Bacch. 80. "Qui istic *habet*." Sic Græce, Ἔχει. Soph. Phil. 22. etc.

71. **Quæritatum.**] *In quest of*. Infra 157. Plus autem *quærito* quam *quæro*, nam valet 'multum et anxie quærere:' quæ vis est verborum frequentativorum. Sic *rogito* a rogo; *clamito* a clamo; *dictito*, a dico; *ventito*, a venio; *gestito*, a gero; cum multis aliis.

74. **Familiæ.**] *Our company*. Subaud. *histrionum*; cum plerumque *familia* de servorum cœtu dicatur; (Unde *Familiares*, Infra 525.) *Grex* frequentius de histrionibus.

75. **Adstat.**] *Appears before you*.

76. **Hariolus.**] *A soothsayer*. Ducunt a *fari*; unde aliquando *Fariolus* scribitur; (nonnunquam etiam sine aspiratione *Ariolus*; quapropter sunt qui ab *ara* derivari vellent.) Videtur scriptura per aspirationem in hoc verbo, (ut in *Haruspex*, et aliis ejusmodi,) antiquior fuisse. Videsis Catull. Ep. 84. in quendam Arrium, passim spiritum asperum vocalibus præfigentem.

---

v. 1. JUVENTUS.] *The young men.* Pro *juvenes.* Pœnul. 1037. "Ab *juventute* inridiculo habitæ." Amph. 2. "*Juventutis* mores qui sciam." Hor. Ep. I. II. 29. "In cute curanda plus æquo operata *juventus.*" &c. Sic *paupertas* pro *pauperes,* Aulul. 163. *Servitute* pro *servis,* Amph. 18.

— Fecit.] *Gave.* Infra 1024. 1026. pro *dedit;* rariori usu, quem tamen apud optimos scriptores reperire est. Liv. Lib. I. 3. "Cognomen colli *fecit.*" Virg. G. I. 137. "Stellis numeros et *nomina fecit.*" IV. 271. "Cui *nomen* amello *Fecere.*" Ov. Trist. I. 1. 89. "Icarus Icariis *nomina fecit* aquis." Fast. VI. 461. "Sibi Brutus cognomen *fecit.*" Contra *dedit* pro *fecit,* Virg. Æn. II. 482. "Ingentem lato *dedit* ore fenestram."

— Peniculo.] Infra 201. 300. Paulus in Festum, "*Peniculi* spongiæ longæ propter similitudinem caudarum appellatæ: *penes* enim vocabantur caudæ." In Rud. 908, plane est pro *spongia.* "Ego te, quasi *peniculus* novos exurgeri solet, Ni hunc amittis, exurgebo, quidquid humoris tibi est." Festus, "*Peniculi* ab antiquis vocabantur, queis calciamenta tergentur, quod e caudis extremis faciebant antiqui, qui tergerent ea: dictum est forsitan a *pendendo.*" Sed et aliis usibus nonnunquam inserviebat, quod vel ex Ter. Eun. IV. VII. 7. apparet, TH. "*Peniculon'* pugnare, qui istuc huc portes, cogitas? S. Egone? imperatoris virtutem noveram, et vim militum, Sine sanguine hoc fieri non posse, *qui abstergerem vulnera.*" Notum est Veteres *spongia* usos esse ad mensas detergendas: Hom. Od. XX. 151. Αἱ δὲ σπόγγοισι τραπέζας πάσας ἀμφιμάσασθε. Ex hoc verbo formatur *penicillus,* Anglice *pencil.*

2. Detergeo.] *Wipe clean; clear the table.* Probe tergeo; quæ est vis præpositionis *de,* ut in *de*mirari, [Infra 608.] *de*bacchari, *de*albare, *de*amare, &c. Eadem voce in Amph. usus est sensu consimili; "Omnis lancis *detergam,* omnis trullas hauriam."

3. **Homines captivos.**] Hanc locutionem frequentat Noster. Asin. 451. Servom *hominem.*, Stich. 424. *Homines* servolos. Cæs. B. G. VI. 28. *Homines* adolescentes. Ter. And. V. I. 9. *Homini* adulescentulo. &c. Similiter Aristoph. Ἀνὴρ ποιητής.

4. **Indunt conpedes.**] *Clap on fetters,* or *shackles.* Vide Gloss. in Prol. v. 42. Capt. 44. "His *indito catenas* singularias."

— **Conpedes.**] Πέδαι. Vincula quibus *pedes* captivorum, ut *manicæ* quibus *manus,* vinciebantur. Tibull. II. VI. 25. "Spes etiam valida solatur *compede* vinctum: Crura sonant *ferro,* sed canit inter opus." Unde [et ex Ov. Ep. Pont. I. VI. 31.] apparet non tantum *ligneas* (quod ait Lambinus), sed et *ferreas* fuisse compedes.

5. **Nimis.**] Pro *valde;* passim apud Nostrum; Infra 18. Amph. 62. *Nimis* pulcris armis. 350. *Nimis* scitus sycophanta. Most. 260. *Nimis* velim lapidem. &c. Similiter ἄγαν et λίαν apud Græcos usurpantur; Æsch. Eumen. 324. Οὐκ ἄγαν ἐλεύθερος.

6. **Ad malum malum.**] *Trouble upon trouble.* Posterius *malum* est, *severitas,* (hard usage.) Prius, *iniqua serviendi conditio.* Amph. 558. "Oportet *ad malum malum* dari."

7. **Facere nequiter.**] Mostell. 400. "Quamvis desubito facile est *facere nequiter.*" Nostro fortasse loco nihil aliud quam *ignave, segniter* agere, significat; et est pro *cessare,* (To be idle.) Nihil enim hic de pravitate, seu vitiis servorum. Hoc sensu plerumque vox *nequiter* apud Nostrum occurrit. Aul. 159. "Pessumum est facinus, *nequiter* ferire malam maledicis." i. e. *ignave,* aut *remisse* ferire. Asinar. 654. "Genua ni tam *nequiter* fricaret." i. e. *languide, otiose.* Adde notabile exemplum, Mostell. 101. "Ubi illo inmigrat *nequam* homo, indiligens, Cum pigra familia, inmundus, instrenuos: Hic jam ædibus vitium additur, bonæ quom curantur male." Hor. Sat. II. VII. 100. "*Nequam,* et cessator Davus." (de servo ultra justum tempus commorante.) Plin. Lib. XIX. Cap. 4. "*Nequam* esse matrem familias, ubi indiligens esset hortus." i. e. non diligenter cultus.

9. **Conpediti.]** *Fettered.* i. qu. *compedibus vincti.* Captiv. 878. "In lapicidinas *conpeditum* condidi." Petron. Sat. Cap. 39. "Mulieres, et fugitivi, et *compediti.*"

— **Anum.]** *The ring.* Anus, vel annus, (unde annulus) est *circulus,* teste Varr. Lib. V. L. L. Cap. 2. Unde nomen inditum est *annuo* spatio per quod Sol cursum suum explet, et in sua redit vestigia. H. l. significat *ferreum circulum,* quorum binos habent singulæ compedes, et in quos crura inseruntur. Salm: apud Gron: "*Anatus* exponitur δακτυλιοφόρος, συμποδισθείς, in Glossis Vett."

10. **Clavom.]** *The rivet.* Qui vinculum compedis utrique annulo arcte colligat. Asin. 140. "Fixus hic apud nos animus tuos *clavo* est cupidinis." (Is rivetted to us.) Translate, pro necessitate quadam unde effugere nequeat. Cæterum *clavus* a *claudo* derivatur.

12. **Esca.]** *Meat; victuals.* Ab *edo;* ut *potio* a *potando.*

13. **Rostrum.]** *Mouth.* Translate pro *ore* positum. Est a *rodo;* ut *claustrum* (a claudo); *rastrum* (a rado). "Dicitur non avium solum, sed etiam piscium et quadrupedum:" Lamb: qui citat Nonium, ubi plura exempla hujus vocis in os *hominis* translatæ.

— **Deliges.]** *Pin down; fasten. De* et *ligo.* Curc. 682. "*Deligatum* te hodie faciam cum catello ut adcubes." (alii *delicatum.*)

14. **Edit.]** Vett. pro *edat.* Hor. Sat. II. viii. 90. "Quam si cum lumbis quis *edit.*" Epod. III. 3. "*Edit* cicutis allium nocentius." Plaut. Capt. 391. "Ipsus sibi, quod *edit,* quærit." Pœnul. 406. *Edimus,* pro edamus. Et quidem passim apud Nostrum.

15. **Suo arbitratu.]** *At his own pleasure.* Ad libitum. Infra 843. Aul. 598. E. "Agedum, excutedum pallium.... S. *Tuo arbitratu.*" Epid. 673. P. "*Tuon' arbitratu?* Ep. Meo hercle, atque haud tuo."

15. Adfatim.] *In abundance.* Ἄδην. Abunde, large. "*Adfatim* Terentius dixit pro eo, quod est, *ad lassitudinem:*" Festus. Alii ab ἀφάτως, (inexpressibly,) ultra quam verbis assequi potes, ducunt.

— Cotidie.] *Daily.* Pro *quotidie,* (i. e. quot diebus, Quinct. Inst. I. VII. init.) Aul. Prol. 23. Sic *Cocus* pro coquus, Infra 65. Ita *cum* et quum, *cur* et quur, *cui* et quoi, leguntur.

16. Edepol.] *By Pollux.* Per ædem Pollucis. Vide plura de hujusmodi exclamationibus, Infra 130.

— Capital.] *A capital offence.* Merc. 603. *Capital facis.* Festus, "*Capital facinus* est quod capitis pœna luitur." Nonius, "*Capital* dictum est, capitis periculum." et citat Lucil. Lib. XXVI. "Facile deridemur, scimus *capital* esse irracier." Asin. 116. "*Capitis* te perdam." h. e. *capitali* crimine.

20. Ad Menæchmum.] *Ad* Menæchmi *domum.* Infra 32. 332. Ter. Eun. III. IV. 7. "Quisnam *a Thaide* exit?" Hom. IL. I. 423. Ζεὺς ἐς Ὠκεανὸν ἔβη. i. e. Ἐς Ὠκεανοῦ δῶμα. &c.

— Quo.] *In quam domum.* Ut, unde, *ex qua domo;* (Aul. Prol. 3. &c.) GRONOV: citat, Aul. 440. "*Quo* illæ nubent?" Stich. 130. "Nam, *quo* dedisti nuptum, abire nolumus."

21. Judicatus.] Vide Nott. Sic Asin. 911. "*Judicatum* me uxor abducit domum." Huc quoque pertinet, Ter. Phorm. II. II. 20.

22. Non alit.] *Does not* merely *support.* Nonius, "*Alere* est victu temporali sustentare: *Educare* vero ad satietatem perpetuam educere." Ter. Ad. III. IV. 3. "Geta *alit* illas;" (maintains them,) "solus omnem familiam sustentat." Phorm. II. II. 20. "Dices, Ducent damnatum domum—*Alere* nolunt hominem Edacem." (To keep.) Hec. IV. IV. 48. "Quem ipse neglexit pater, ego *alam*?"

— Educat.] *Fosters.* Infra 804. Vide in voc. præced.

23. **Recreat.]** *Recruits; refreshes.* Quasi macie et inedia confectos reficit; quod *medicorum* proprie est officium.

— **Medicinam facit.]** Pro *medetur.* Phædr. Fab. I. VIII. 9. "Periculosam *fecit medicinam* lupo." Et XIV. 2. "*Medicinam* ignoto *facere* cœpisset loco." Amph. Prol. 90. *Facere histroniam.* Ubi simill. congerit Lamb: "*Facere* argentariam; piraticam; unguentariam; mercaturam." &c. Idem citat Cist. 73. "Huic morbo *facere medicinam.*" Curc. 158. "Anus tremula *medicinam facit.*"

25. **Exstruit.]** *Piles up.* Ovid. Met. XI. 120. "Mensas *exstructas* dapibus." Cic. Tusc. V. 62. "Mensæ conquisitissimis cibis *exstruebantur.*" De Sen. 44. "Epulis, *exstructisque* mensis."

26. **Struices patinarias.]** *Heaps of dishes.* Festus: "*Struices* antiqui dicebant omnium rerum exstructiones." Livius, "Per *struices* saxeas lapsu accidit." Cæterum, hæc vox, ni fallor, media syll. producta, pronuntianda est: Si regula sit, Voces recto casu in *ix* desinentes, genitivum per *icis,* (*i* longa,) efficere; modo *feminini generis* sint, et a *verbis* deriventur.

— **Concinnat.]** *Sets out; arranges.* Festus: "*Concinnare,* apte componere." Asin. 200. "Auceps quando *concinnavit* aream." (has prepared.) Nonius; "*Cinnus* est commistio plurimorum; unde et *concinnare.*" Apud Nostrum est fere, efficere, reddere: Amph. 373. "Lacrumantem ex abitu *concinnas* uxorem." 573. "Nulla res tam delirantis homines *concinnat* cito."

27. **Lecto.]** *Couch.* Intell. *triclinium;* in quo *accumbentes* cibum sumere mos erat; sed h. l. tam in altum aggerantur ferçula, ut necesse sit *stare,* si quis de summa struice quid velit.

28. **Hos dies multos.]** *These many days.* i. e. Jam multi dies sunt ex quo harum rerum mihi intermissio fuit. Rud. 55. "Jam intervallum *hos dies multos* fuit." Asin. 409. "*Triduom hoc unum.*" (These three *last* days.) Phædr. Fab. I. I. 10. "Ante *hos sex menses* male dixisti mihi." Vide Infra 285.

29. Caris meis.] Vide Nott. Hoc sensu Ov. Met. XI. 88. "Non aureus illo Tempore, nec *caris* erat invidiosus arenis." (De fluvio Pactolo.) Aul. 324. "Venio ad macellum, rogito piscis; indicant *caros*, agninam *caram*, *caram* bubulam,....*cara* omnia; atque eo fuerunt *cariora*, æs non erat."

31. Instruontur.] *Are drawn up in array*. Verbum militiæ proprium. (Vid. in Nott.) Amph. 68. "Nostros nos more nostro *instruximus;* item hostes contra suas legiones *instruont*." &c.

32. Ad eum inviso.] Merc. 545. "Huc intro *ad me invisam* domum." Stich. 54. "*Ad meam filiam inviso* domum."

33. Eccum.] *Ecce eum*. Sic *ecca*, ecce ea; *eccam*, ecce eam; *eccos* ecce eos; *eccillum*, ecce illum; *ellum*, en illum; &c.

34. Indomita.] *Intractable*. Pervicax, contumax: Quæ domari non potest.

— Inpos animi.] Cui mens sana non est. *Impotens*. Contra *compos* mentis. Cas. 507. "Eripite isti gladium, quæ sui est *inpos animi*." Æn. IV. 300. *Inops animi*. Et simill.

36. Præterhac.] *Henceforward*. Posthac. Infra 627. Most. 71. "Mihi *præterhac* non facies moram." Stich. 332. "*Præterhac* si me inritassis!" Sic, Infra 161, *Præterea*.

37. Faxis; faxo.] Vett. Pro *feceris*, et *fecero*.

— Vidua.] *Viro disjuncta*. Infra 622. "Omnino enim *vidua* ea est quæ, postquam nupsit, viro caret." LAMB. Hoc sensu Ovid. Heroid. Ep. 1. "Lassaret *viduas* pendula tela manus." Stich. 1. "Miseram credo Penelopam, Quæ tam diu *vidua* viro caruit."

38. Quotiens.] Infra 690. "Cum mos esset apud priscos Romanos vocales longas a brevibus *apice imposito*, [Quinctil. Inst. I. VII. *init.*] distinguere, (ad hunc modum, $\bar{A}$, $\bar{E}$;) et eandem lineam

seu virgulam librarii ad exprimendas N vel M literas scriptitantes in antiquioribus invenerint; non male suspicatur Justus Lips. (De rect. pron. Lat. Lingu. Cap. 5.) hinc malam scripturam provenisse vocum, Quotiens, Totiens, Vicensimus, Formonsus; etc." FUNCC. De Vir. Æt. L.L. Cap. 8. §. IX.

41. Portitorem.] *Custom-house officer.* Cujus erat *portum* obsidere, et omnia sciscitari, ut ex iis vectigal sumeret. Confert Nonius, Cic. Rep. IV. "Nolo eundem populum imperatorem, et *portitorem* esse terrarum." De Off. "Improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut *portitorum.*" Ter. Phorm. "Epistolam audivi ad *portitorem* esse delatam." Noster Asin. 143. Trinum. 760.

— Domum duxi.] *I have married.* Hinc absolute *duxi;* quod ad *virum* solum pertinet, ut *nubere* ad *feminam.* Notabile exemplum præbet Ov. Met. IX. 762. "Sacra, quibus qui *ducat* abest, ubi *nubimus* ambæ." (De nuptiis quas Iphis femina, post *vir* factus, cum Ianthe initura erat.)

43. Facturus.] Intell. *sim;* Sic, Infra 851, &c.

44. Penum.] *Stores; household stuff.* Apud A. Gell. IV. 1. *sub fin.* "Non quæ esui tantum et potui sunt, sed tus quoque, et cereos, in *penu* esse," legimus; "Ligna quoque, et virgas, et carbones, quibusdam videri esse in *penu.*" Ibidem notat, "*Penus* dicta esse, quod non in promtu sint, sed intus et *penitus* habeantur." *Penus* quoque, (inquit,) variis generibus est, et varie declinatur. Nam et *hoc penus,* et *hæc penus,* et *hujus peni,* et *peneris,* et *penitoris,* et *penoris,* Veteres dictaverunt.

45. Bene præbeo.] *Allow you handsomely; liberally.*

— Quidquam eges.] *Egeo,* et simill. cum *accus.* apud hujus et proximi ævi scriptores construuntur. Sall. B. J. 103. "Locus *pauca munimenta egebat.*" Vide in v. 140.

47. Atque adeo.] *Nay more.* Prol. v. 21.

— Serves.] Pro *observes.* Vide Infra 133.

— Ob eam industriam.] *For this very purpose.* Ob istud ipsum. Casin. 162. "Quasi *ob industriam* mi adversatur." 651. "Quid tamdiu remorantur, quasi *ob industriam?*" Infra 693.

48. Condicam.] *Will make an appointment.* Stich. 415. "Eæ *condixi* in symbolam." Ibid. 425. "Potare, atque *ad cœnam condicere.*" Absolute, Cic. Fam. I. 9. "Cum mihi *condixisset.*"

— Cœnam.] *Dinner.* De hac Infra 94. (in voc. *Prandium.*) est autem a *κοῖνος*; vel, ut alii volunt, a *θοίνη convivium.*

49. Illic.] *Ille.* Prol. 57.

51. Euax.] *Bravo!* Exultantium interjectio, ab *euoe,* quæ bacchantium vox est. (Εὐοῖ.) Casin. 674. "*Euax,* nunc demum sum liber." Curcul. 98. "*Euax,* habeo!" Sic *euge, eugepæ.* &c.

— Jurgio.] *By my scolding.* Nonius Cap. V. 34. "*Jurgium* et lis hanc habent distantiam; quod *Jurgium* levior res est: siquidem inter benevolos, aut propinquos dissensio, vel concertatio, *Jurgium* dicitur; inter inimicos dissensio, *Lis* appellatur." Cic. De Rep. Lib. IV. "Admiror verborum etiam elegantiam. Si *jurgant,* inquit, benevolorum concertatio, non lis inimicorum, *jurgium* dicitur: *Jurgare* igitur lex putat inter se vicinos, non litigare."

54. Pallam.] *A shawl.* Vestem superiorem mulierum, quam in publicum prodituræ induebant.

55. Dari verba.] Oritur hæc phrasis ex iis qui cum aliquid promiserint, facta verbis haud exæquent; ut *verba* tantum, (et nihil ultra,) *dedisse* videantur. Aul. 23. "Ne mi ex insidiis *verba* inprudenti duit." Persius, Sat. III. 19. "Cui *verba?*" Ter. And. I. 3. 6. "Cui *verba dare* difficile est." &c.

55. **Catæ.]** *Crafty; cunning.* Callidæ. Pers. 614. "Ita *cata* est et callida." Vox a Sabinis ducta, ait Varr. L. L. VI. 3.

56. **Lepidum.]** *Pretty.* Infra 71. Mil. G. 1128. "Ut *lepide* deruncinavit militem." 1147. "Militem *lepide* ludificarier."

— **Fabre.]** *Cleverly; in a workman-like manner.* Apul. L. 11. "Navis *faberrime* facta." FACC.

60. **Insidias.]** *An ambuscade.* Ab *in* et *sedeo;* ubi quis adversus alterius salutem insidiatur.

— **Præsidium.]** Quod alicui, auxilii causa *præ*ponitur. *Subsidium* autem, ait Festus, est "quod *post*ponitur ad subveniendum laborantibus." Mæcenatem "*Præsidium suum*" vocat Horat.

61. **Mea commoditas.]** *My convenient friend.* Res pro persona; quia *commodum* obviam venit; ut qui ipsum *commoditatis* articulum sciat. Infra 64. Epid. 601. "Quid agis, *mea commoditas?*"

— **Mea opportunitas.]** *My welcome Sir.* Quia *opportune* ad se gratulandum adest. Curc. 303. "O *mea opportunitas,* Curculio exoptate, salve!"

62. **Quid agis?]** *How fares it?* Frequentissima salutandi formula, et quidem *maxime familiarium;* qua in re præcipue jocus constat in illa lepidissima scena, Hor. Sat. Lib. I. IX. 5. "Arreptaque manu: *Quid agis,* dulcissime rerum?" Ubi obiter observare libet quantum ex festivitate loci detrahant, qui τὸ *rerum* arcte cum *quid agis* conjungendum sentiant. Nam licet haud negandum sit formulam, '*quid* rerum *agis,*' apud optimos auctores occurrere, multo tamen sæpius, ac præcipue in sermone quotidiano, *quid agis* per se invenire est. Ad rem pulcre facit Epigramma Martialis, Lib. II. 67. "Occurris quocunque loco mihi, Postume, clamas Protinus, et prima est hæc tua vox, *quid agis?*" Ubi citant Plin.

Lib. III. Ep. 20. "Quousque illa vulgaria? Eho, *quid agis?* Ecquid commode agis?" Quod vero ait Doering, "Si in usu fuisset hæc adulandi formula, (*Dulcissime rerum,*) vix Plautus, Terentius, et alii ea abstinuissent;" id credo de industria caverunt, ne nimis in heroici carminis rhythmum versus sui degenerarent.

62. Genium meum.] Ita patronos appellabant parasiti. Curcul. 229. "Phædromum, *genium meum?*" Capt. 812. "Tuom gnatum, et *genium meum.*" In Curc. 622, "Tanquammet *genium meum;*" Phædromus sic parasitum suum appellat. Unde colligo *genium* eodem sensu et hic et illic usurpari, nempe pro illo qui *hominem,* (sicut 'Genius natale comes qui temperat astrum,') *per vitam usque comitatur,* (quod est parasitorum.) Apte igitur tum patronus parasiti genius, tum parasitus patroni, nuncupatur; siquidem alter alterius comes est, et quasi umbra indissociabilis.

63. *Per tempus.*] *Tempestive.* Glossæ loco erit, Mostell. 556. "Nunquam potuisti magis *opportunus* advenire quam advenis."

64. Articulos.] Sumitur pro opportuno occasionis momento in quo aliquid fieri oportet. Epid. 477. "Ipso hanc in *articulo* emit." Ter. Adelph. II. II. 21. "Ut in ipso *articulo* oppressit."

65. Luculentum.] *Splendid; rich.* Pro *insigne.* Vide Nott. In hominem transfert, Cic. Att. II. 12. *fin.* "Dicæarchum recte amas: *luculentus* homo est." Idem Att. VII. 15. Pompeium, "*luculentum* scriptorem," vocat. Noster Mostell. 795. "Vestibulum et ambulacrum *luculentum.*" Merc. 415. "*Luculente* vendere."

— Cocus.] Vett. pro *coquus.* Vide Supra 15.

66. Titubatum.] Particip. a *titubo;* (*to stumble,* or *make a false step.*) Metaphorice hoc loco ad vitiosam coctionem transfertur. Confert Gron: Hor. Ep. I. XIII. 19. "Cave ne *titubes.*" Ter. Heaut. II. III. 119. "Verum illa ne quid *titubet.*" Adde Cic. Fam. XII. 10. "*Si quid forte titubatum est,* ut fit in bello."

66. Reliquias.] *The relics.* Quæ post cœnam *reliquæ* sunt ex cibis; et in spem quarum haud raro veniebant parasiti, si serius convivio affuissent. Phædr. Fab. I. xxii. 6. "Ut fruaris *reliquiis.*" Infra 365. Curc. 319. "Si scias *reliquiæ* quæ sint." &c.

68. Catamitum.] *Ganymedem,* quem Priami filium Jupiter in monte Ida sub aquilæ specie rapuit, et in cœlum avexit.

— Adoneum.] *Adonim,* cujus cum Venere amores narrat Ov. Met. X. 524. sqq. Catull. "Ut albulus columbus, aut *Adoneus.*"

70. Adsimulo.] *Resemble.* Forma et ornatu refero. Plerumque transitive legitur, ut Infra 735. Amph. Prol. 115. "*Adsimulavit se,* quasi Amphitruo siet." Mil. G. 1149. "*Adsimulem me* amore istius differri."

— Ornatus.] *Dress.* Pro simplici *cultus.* Infra 611. Et sæpe apud Comicos. Amph. 842. "*Ornatum* capiam, qui potis decet." Mil. G. 1163. "Ornatus *ornatu* nauclerio." Ter. Eun. II. ii. 6. "*Quid istuc ornati est?*" III. iv. 8. "*Quid hoc ornati est?*" &c.

71. Lepidissumum.] *A jolly fellow.* Infra 91. Supra 56. Ter. Andr. V. iv. 45. "O *lepidum* patrem." Adelph. V. v. 13. "Pater *lepidissime.* D. Euge, jam *lepidus* vocor." &c.

73. Audes.] H. e. *potes,* (*Can't you?*) aut *visne,* (*Won't you?*) Asin. 457. "Non *audes* mihi, sceleste, subvenire?" Ita *sodes* est pro *si audes,* at significat semper *si vis.* Vide Infra 445. Sic Græce, "Οὐδέ τι—τέτληκας εἰπεῖν ἔπος." Hom. Il. I. 543.

74. Qua gratia.] *For what good.* Qua *mercede.* Asin. 516. "Non veto te amare, qui dant *qua* amentur *gratia.*" Ter. Eun. I. ii. 79. "Ego excludor: ille recipitur: *qua gratia?*"

75. Litigium.] *A falling out; quarrel.* Infra 669. Minus est quam *lis,* de qua v. 51. (in voce *jurgio.*) Casin. 445. "Aliquid contrahere cupio *litigi* inter eos duos." (A misunderstanding.) Ter. Andr. V. ii. 12. "Cum illa *litigat.*"

75. Abs te.] Infra 183. 259. Ter. Eun. V. II. 44. "*Ab istoc* tibi *cavendum* intellego."

76. Obloquere.] Vid. Nott. Curc. 41. "*Obloquere?* etiam taces?"

— Ecfodito.] *Knock out.* Ἔκκοπτε. Curcul. 393. "An aula quassa cum cinere *ecfossus* siet," (oculus.) Ubi de *Unoculo parasito* sermo est. Catull. Ep. CVIII. "*Effossos oculos* voret atro gutture corvus." Ter. Eun. IV. VI. 2. "Oculi illi *effodientur.*" Virg. Æn. III. 63. "Luminis *effossi.*" (De Cyclope.)

— Oculum persolum.] *My only eye.* Luscus enim fuit. *Persolum,* plane et omnino solum, et eo nimirum cariorem. [Theocr. Id. XI. 53. Καὶ τὸν ἕν' ὀφθαλμόν, τῶ μοι γλυκερώτερον οὐδέν. Vide etiam Infra 593. et conf. Pseud. 502.] Jocus vulgaris apud Nostrum *Luscos* in scenam proferre, qui *facie magis quam facetiis ridiculi* viderentur. Mil. G. 1291. "Quid oculo factum est tuo?" sqq. Inde, quia infimorum erat hominum hos irridere, ait Persius, (Sat. I. 118.) cum indignatione, "Sordidus, et lusco qui possit dicere Lusce!"

77. Verbum ullum.] Infra 613. Eodem sensu quo Ter. Andr. II. IV. 8. "Nunquam hodie tecum commutaturum *unum* esse *verbum.*" Ib. I. II. 7. "Nunquam cuiquam nostrum *verbum* fecit." Ad. I. II. 55. "Jam si *verbum ullum* posthac...!" Sic Asin. 601. "*Verbum* cave faxis, verbero," (i. e. Cave ab importunis istis verbis.) Rud. 1018. "Si præterhac *verbum unum* faxis hodie: ego tibi conminuam caput."

78. Clam.] Cum. *accus.* Amph. Prol. 107. Clam *virum.* Aul. Prol. 7. Clam *omnes,* &c. Merc. 535. Cum *acc.* et *abl.* "Emta est amica clam *uxorem* et clam *filio.*"

— Sepulcrum.] De die enim *sepeliendo,* quasi mortuo, loquitur. Vid. Infra 394.

78. **Conburamus.]** *Burn.* Nam mortuos in rogum componere, et comburere mos erat. Virg. Æn. I. 374. "Ante diem clauso *componet* Vesper Olympo." Hor. Od. IV. v. 29. "*Condit* quisque diem collibus in suis."

80. **Umbilicum.]** *The middle.* 'Ομφαλόν. Metaphorice usurpatur. Liv. XXXV. 18. "Qui *umbilicum* Græciæ incolerent." Cic. De Div. II. 115. "Qui *umbilicum* terrarum obsides." Verr. IV. 106. "Qui locus, quod in media est insula situs, *umbilicus* Siciliæ nominatur." Milton, *Comus.* "Within *the navel* of this hideous wood." Collins, *Ode to Liberty.* "'Midst the green *navel* of our isle." Plura videsis apud Gron: *Lect. Plaut.*

— **Dimidiatus.]** Subtilissime de hoc verbo disputat A. Gell. III. xiv. "*Dimidiatum* est quasi *dismediatum,* et in partes duas pares divisum, *dimidiatum* ergo nisi ipsum quod divisum est dici haud convenit. *Dimidium* vero est non quod ipsum *dimidiatum* est, sed quæ *ex dimidiato* pars altera est.....Propterea Plautus in Bacch. *Dimidium auri* dicit, non *Dimidiatum aurum.* Item in Aulul: *Dimidium obsonii,* [v. 244.] non *Dimidiatum obsonium.* In Menæchm. autem *Dimidiatum diem,* non *Dimidium.*" Sic Bacch. Prol. 50. "*Dimidiatas* imputes has si videres."

81. **Concede huc.]** *Draw this way.* Infra 723. 733. &c.

— **Fiat.]** *Be it so; I will.* Formula obsequendi. Curcul. 666. Pl. "Mi frater, cupio. Th. *Fiat.*" &c.

— **Licet.]** *Well.* Infra 130. 141. Est assentientis; et sæpissime apud Nostrum occurrit. Curc. 95. Ph. "Occultemus lumen et vocem. Pal. *Licet.*" &c.

82. **Cavo.]** *Cavum,* (seu *cavus,*) latebra ferarum. Hor. Sat. II. vi. 80. "Murem mus paupere fertur Accepisse *cavo.*" et v. 116. "*Cavus*que Tutus ab insidiis." Aliud est *cavea,* in qua clathris et cancellis feræ *captivæ* continentur.

83. Edepol næ.] Ναί. Certe; profecto. Haud raro hæ voces apud Nostrum junguntur. Curc. 383. Asin. 536. 543. &c.

— Agitator.] *A charioteer.* Auriga, qui equos in curriculo *agit.* Æn. II. 476. "Equorum *agitator* Achillis." Cic. Att. XIII. 21. "Sustineat currum, ut *bonu'* sæpe *agitator* equosque." Acad. "Ut *agitator callidus,* priusquam ad finem veniam, equos sustinebo."

84. Quidum?] *How so?* Vide Infra 88. Videtur præcipue dictum ubi aliquid nec opinato quæritur, et sæpissime in re absurda. Conf. Asin. 596. Epid. 290. &c.

— Respectas.] *You look back.* "*Respectare* est *crebro* retro adspicere, et oculos retorquere." LAMB.

— Identidem.] *Every now and then; from time to time.* Catull. LI. 3. "Qui sedens adversus *identidem* te Spectat et audit."

85. Enim.] *Why, to be sure.* Serviliter supparasitantis. Aut potest per ellipsin, (ut sæpissime Græcum γάρ,) accipi: Sensus ergo erit, '*Egone?*—(Quid ego aiam? nempe nihil—) aio *enim* id, et nego, quod tu ais et negas.' Quod Sophocles vocat, Σοὶ δ' ὑπίλλουσι στόμα. Antig. 509. Adde ex LAMB: Ter. Eun. II. II. 21. "Negat quis, nego: ait, aio: postremo imperavi egomet mihi, omnia assentari."

86. De odore.] Curc. 81. "*De odore* adesse me scit."

87. Conjecturam facere.] *To divine.* Id. qu. *conjicere.* Est vox propria augurum, seu haruspicum; (qui nonnunquam *Conjectores* appellantur. Amph. 976. "Tiresiam *conjectorem* advocabo.") Cistell. 203. "Hanc ego *de me conjecturam* domi *facio.*"

— Captum.] *Consulted.* Εἰ παρακαλοῖτο. GRON: Lect. Plaut. "*Capere,* etc. est id. qu. adhibere, consulere. Sic, *Capere judicem, arbitrum;* Mostell. 540. Arg. Amph. 7. ["Blepharo, *captus* arbiter."] Pro adsumere, eligere." Ita Virg. Æn. V. "Hunc *cape* consiliis

socium." Lamb: "*Adhibitum,* et advocatum sit collegium augurum: quasi de avium occentu, aut volatu, aut tripudio solistimo agatur."

— **Conlegium.**] Subaud. *augurum;* (quæ vox nonnullis editt. ex glossemate additur.) *The College of Augurs.*

88. **Agedum.**] *Come now. Dum* sæpissime apud Nostrum paragogice additur. Infra 182. 287. 295. &c. De hac particula ait Gron: (in Cic. Att. XIV. 14. *init.* "*Iteradum* eadem mihi;") "Formulam esse dicendi qua utebantur in rebus nec opinatis." Quod licet aliquando verum esse non negem, (e. g. *quidum,* Supra 84;) sæpius tamen cum petulantia quadam dictum invenietur. Et cum imperio nonnunquam; Ter. Andr. I. i. "*Adesdum:* paucis te volo." &c.

89. **Summum vestimentum.**] Pro *summam partem vestimenti.* Frequentissima apud Nostrum, aliosque, locutio. Cistell. 512. *Postrema* in Comœdia. Curc. 4. *Prima* vespera. 276. Platea *ultima.* Æn. I. 541. *Prima* terra. III. 8. *Prima* æstas. VI. 519. *Summa* arce. Ovid. Met. II. 768. *Extrema* cuspide. III. 195. *Summas* aures. 681. Falcata *novissima* cauda est. V. 284. *Primas* intravimus ædes. Persius Sat. III. 108. *Summosque* pedes adtinge. Ter. Ad. Prol. 9. In *prima* fabula. Cic. Att. XII. 27. In *prima* provincia. Cæs. B. G. I. 22. *Summus* mons. (Et apud Græcos;) Æsch. Suppl. 697. Οἴακος εὐθυντῆρος ὑστάτου νεώς. (in *ultima* navis *parte.*) Hom. Il. I. 481. Μέσον ἱστίον. VI. 40. Ἐν πρώτῳ ῥυμῷ. &c.

90. **Spurcatur.**] *Offenditur.* Fœdatur, inquinatur. Nonius Cap. IV. 425. "*Spurcum* significat obscœnum, impurum, lutulentum." Plautus Asin. 783. "Noctes *spurcas.*" Etiam *fœtidum.* Lucr. VI. 782. "Acriter infestæ sensu, *spurcæque,* gravesque." Catull. Ep. CVIII. 2. "Senectus *spurcata* impuris moribus."

— **Nasum.**] Vett. pro *nasus.* Curc. 112. "*Sagax nasum* habet." Mil. G. 1241. "Odore *nasum* sentiat." Citat Nonius eundem usum bis ex Lucilio, Lib. VII. et XXII. Sic Infra 765. *Stimulum,* (quod recentt. *stimulus* dixerunt.)

— Inlucido.] *Impure.* Fœtido. Translata significatione ab altero sensu in alterum. Sic Æn. III. 228. "*Tetrum* odorem." (Noisome.) Cum proprie *nigrum* et *tenebricosum* significet.

91. Lepide.] *Waggish; humorous.* Paullum alio sensu quam Supra, v. 56. Nam hoc loco est potius *jucunde, festive.* Sic Asin. 556. "Edepol senem Demænetum *lepidum* fuisse nobis."

— Ut fastidis.] *How fastidious you are.* Cum fastu et abominatione respuis. Mostell. 887. "Vide *ut fastidit* simia!" Curcul. 627. "*Ut fastidit* gloriosus!"

93. Erotium.] Ab ἔρως dicta, ut quæ *amori* inserviat. Cæterum blandiculam hanc formam nominis alibi feminis, et quidem plerumque meretricibus, tributam invenimus. Quales sunt, Glycerium, Planesium, Silenium, Gymnasium; &c.

94. Prandium.] *Dinner.* Nam dies erat dimidiatus mortuus. Hinc apparet *prandium* et *cœnam* apud Veteres haud raro confundi; nam et hoc loco, et decies infra, *prandium* usurpat, cum nuper [v. 48.] dixerit, "ad *cœnam* aliquo condicam foras." Erat olim *prandium* primus qui *mane* cibus sumebatur, (*breakfast,*) a πρὰν, seu πρωΐ: Unde *Impransus,* apud Horatium, pro eo qui ad id horæ nondum cibos gustaverit. Mox vero *jentaculum* ante prandium capiebant, et prandium in pomeridianum tempus dilatum est.

96. Expedite.] *Plainly.* Metaphora a *factis* ad *verba* translata. *Expedire alicui,* valet, certiorem facere. Infra 516.

— Fabulatus.] *Es,* in ultima syll. sorbetur. [Infra 97. 208. &c.] *You have spoken. Fabulor,* (a *fari,*) plerumque hoc sensu apud Nostrum occurrit. Amph. 45. "Verbis quibus deceat *fabularier.*" Ib. 144. "Clara advorsum *fabulabor.*" Infra 238. &c.

97. Cantharum.] *The cup.* Poculum ansatum. [Infra 105.] *Cantharus* ita dicitur ob similitudinem navigii cujusdam ut

cymbium a cymba. Athenæus, [cit. ap. Aristoph. Pax 143.] "Κάνθαρος. ὅτι μὲν πλοίου ὄνομα. ὅτι δὲ καὶ ποτήριόν τι οὕτω καλεῖται." Notus est mos pocula ex forma nuncupandi; qualia sunt, *Carchesia, Scaphium*, &c. Hor. Od. I. xx. "Vile potabis modicis Sabinum *Cantharis*." Virg. Ecl. VI. 17. "Gravis attrita pendebat *cantharus* ansa." Noster Asin. 880. Bacch. 35.

98. Pulta.] *Knock.* Proprius hujus verbi sensus. Ter. Heaut. II. III. 34. "Dromo *pultat* foris." Et passim.

— Samiæ.] Fragiles, ut vasa fictilia ex Samo insula oriunda. Bacch. 167. "Scis tu ut confringi vas cito *Samium* solet." Stich. 665. "*Samiolo* poterio;" (pro *vili.*)

99. Eapse.] *Herself. Ea ipsa.* Infra 675. Cistell. 135. "*Eapse* quod sibi supponeret." Mil. 860. Curc. 159. &c.

— Solem.] De *Erotio.* Contra si minus placebat aliqua, *Tenebras* designabant. Epid. 465. "Quas tu mihi *tenebras* trudis?"

100. Satin' ut.] "Hæc phrasis priscis in usu fuit pro *nonne satis*, nonne satis (causæ est) ut hoc vel illud facias?" Bothe, in Amph. 474. "Genus loquendi Plauto frequentissimum." Gronov: in Mostell. 73. Sic Trinum. IV. 3. "*Satin'* in Thermopolio condalium es oblitus?" (*Itane es oblitus.*) Mil. II. 6. "*Satin'* abiit ille?"

— Occœcatust.] *Bedimmed.* (Nempe *Sol;*) Obscuratus.

— Præ.] *In comparison with.*

101. Anime mi.] *My love; my dear.* Blandientis vox. Infra 272. Ter. Andr. IV. II. 2. "*Anime mi*, noli te macerare." Eun. I. II. 15. "*Anime mi*, mi Phædria." &c.

— Extra numerum.] Gallice, *de trop.* In amicis meis οὐκ ἐναρίθμιος es. Theocr. Idyll. XIV. 48. "Ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς

ἄξιοι, οὔτ' ἀριθματοί. Ubi Schol. "Ἡμεῖς παρ' αὐτῇ οὐδ' ἐν ἀριθμῷ ἐσμέν. Ὥσπερ οἱ Μεγαρεῖς ὑπὸ τῆς Πυθίας ἐλέχθησαν—" Ὑμεῖς δ', ὦ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,—Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ." "

102. **Adscriptivis.**] *Supernumeraries.* Vide Nott. Varro, L. L. c. 3. "*Adscriptivi* dicti, quod olim *adscribebantur* inermes, qui succederent armatis militibus, si quis eorum deperisset."

103. **Prœlium.**] Antiquitus *Proilium:* (quod dant MSS.) ut *Coilum* pro cœlum; *Coitus* pro cœtus; *Oinone* pro Oenone; &c. monente Botheo, ex J. Lips. De recta pronunt. L. L. c. XI.

107. **Mea voluptas.**] Formula blandiendi. Rud. 348. "Tibi, *mea voluptas*, quæ voles, faciam omnia." 351. "Jam hic ero, *voluptas mea.*"

109. **Induviæ.**] Vestimentum quo te *induam.* Ἐνδύματα.

— **Exuviæ.**] Quibus uxor *exuitur.* Infra 113. Perstat adhuc in metaphora ex re militari sumta. Translate usurpatur; Æn. II. 473. "Coluber, positis novus *exuviis.*" (The *cast skin* of a snake.)

— **Rosa.**] *My rose-bud.* Quæ mihi instar rosæ dulcedinem afflas. Est e blandis epithetis quæ in unum locum congeruntur, Asin. 640. "Meus ocellus, *mea rosa,* mi anime, mea voluptas."

110. **Impetrant.**] Voti compotes apud me fiunt. Hinc emendandum censet Bothe, Mart. Ep. XI. 41. "Formosam Glyceren amat Lupercus, Et solus tenet *impetratque* solus." (Vulg. *imperat.*)

111. **Tantisper—dum.**] *So long—until.* Ita hæc verba plerumque aliis interjectis leguntur. Ter. Heaut. I. I. 96. "Decrevi *tantisper* me minus injuriæ Meo gnato facere, *dum* fiam miser." &c.

— **Blanditur.**] *Coaxes.* Blandis verbis adulatur.

112. **Abreptum mordicus.]** *Bitten off.* Curc. 592. "*Mordicus arripuit* manum." Græce ὀδάξ. Citat Lambinus Cic. Lib. III. Ep. IV. ad Qu. Fr. "Auriculam fortasse *mordicus abstulisset.*"

114. **Cedo.]** *Give it me.* Scil. *pallium tuum,* ut interim sustineam, dum tu pallam uxoris exuas. "*Cedo,* vox suæ originis, et inter defectiva collocanda;" FACC. Infra 182. 444.

116. **Nimio.]** *Very great.* Vide Supra v. 5.

117. **Meo animo.]** *To my mind.* Mea sententia. Infra 144.

— **Subcingulum.]** *Girdle.* Balteum. A *sub,* et *cingo.*

119. **Vivis.]** Pro *es.* Passim apud Nostrum.

— **Morigera.]** *Obliging; accommodating.* Meis moribus *morem geris;* (H. e. obsequens es.) Cist. 83. "Gessit morem *morigeræ* mihi." 174. "Facta *morigera* est viro." &c. Infra 690.

120. **Animatos.]** *Disposed, minded.* Aul. 597. "Ita *animatus* fui."

122. **Minis.]** *Mina Attica* intelligitur, quæ ex septuaginta quinque drachmis constabat.

— **Anno.]** *Last year.* Absolute: Subaudito *abhinc.* Contra, *horno;* (this year.) Lucil. XXVIII. (ap. Non. Cap. II. 403.) "Utrum *anno* an horno te abstuleris a viro." Amph. Prol. 91. "Histriones *anno* Jovem invocarunt." (i. e. Anno *superiori.*) Cic. Att. v. 2; Ad *annum;* Subaud. *venientem.* (For the coming year.)

123. **Periere plane.]** *Are clear lost.* Hoc sensu, Juv. Sat. IV. 56. "Donabitur ergo, ne *pereat.*" VII. 222. "Dummodo non *pereat,* mediæ quod noctis ab hora Sedisti." &c. Aul. 202. "Occasio illæc *periit.*" Rud. 303. "Eam veretur ne *perierit.*

126. Scitamentorum.] *Some delicacies.* GRON: *Lect. Plaut.* "*Scitamenta* sunt cupediæ, deliciæ ciborum. Ἡδύσματα. Apul. Met. IX. "Crustula, et complura *scitamenta.*" " Translate vocem usurpavit Gellius, (XVIII. 8;) pro eloquendi veneribus et ornamentis. Bene de origine vocis agit Boxhorn: "Est cibis et condimentis etiam suus ornatus. Inde *scitamenta,* sive *sciti cibi,* ut *faceti cibi,* (i. e. pulcri,) appellantur."

— Obsonarier.] *Be provided.* *Obsonii* loco emi. Legitur et *obsono;* et *obsonor,* dep. Aul. 233. "Postquam *obsonavit* herus." 248. "Non poterat de suo *obsonari.*" Bacch. 62. "*Obsonatum* nobis sit opulentum obsonium. P. *Obsonabo* ego." Infra 190.

127. Glandionidam suillam.] *Kernels from a boar's neck;* (a kind of brawn.) *Glandionida* per jocum facta ex *glandiis,* quæ sunt callosæ partes in cervice aprorum, et in deliciis cœnarum habitæ. Curc. 321. "Perna suis, abdomen, sumen, *glandium.*" Plin. Lib. 36. c. 1. "Exstant censoriæ leges *glandia* in cœnis apponi vetantes."

— Suillam.] Adj. dimin. a *suinam.* Aliquando absolute legitur, subaud. *carne;* ut agnina, bovina, porcina, [Capt. 782. &c.]

— Laridum.] *Fat bacon; lard.* Sync. *lardum.* Capt. 780. "*Laridum* atque epulas foveri." Hor. Sat. II. VI. 85. "Semesaque *lardi* frusta." Unde apparet in lautioribus cibis haberi.

— Pernonidem.] *A gammon of bacon.* Ex *perna,* quæ est pes, aut potius crus suillum. Pers. Sat. III. 75. "*Pernæ,* Marsi monumenta clientis." Hor. Sat. II. II. 117. "Fumosæ cum pede *pernæ.*" Noster Capt. 783. "*Pernas* atque opthalmias." &c.

128. Sinciput.] *Pig's face.* Quasi *semi-caput.* Pers. Sat. VI. 69. "Fissa fumosum *sinciput* aure." Sunt qui dicunt esse partem capitis *anteriorem,* ut *occiput posteriorem;* Sed non constat.

128. **Omenta porcina.**] *Pork sausages.* Aut fortasse, *Sweet-breads.* Nam *omentum* est, non modo membrana illa quæ intestina circumtegit, (*the caul,*) sed et pro ipsis visceribus et partibus adjacentibus usurpatur. Pers. Sat. VI. 74. "Tremat *omento* popa venter." Et II. 47. "Cum in flammis junicum *omenta* liquescant." Forsan ab *omen,* quia exta consulebant vaticinantes.

129. **Madida.**] *Cooked.* Elixa. *Madere* pro *coqui* usurpasse Veteres, notant Interpp. citantes Virg. G. I. 196. "Quamvis igni exiguo properata *maderent.*" Persa. 92—94. T. "Collyræ facite ut *madeant* et colliphia: *Incocta* ne mihi detis. S. nihil sunt crudæ, nisi, quas *madidas* glutias." Infra 240.

— **Miluinam.**] Subaud. famem, vel orexim; *A ravenous appetite.* De rapacitate milvorum notum. Aul. 268. "Pulmentum ei eripuit *miluos.*" &c.

— **Suggerant.**] *Suggest; prompt.* Quod ait Juv. Sat. VI. 428. "Rabidam facturus orexim."

130. **Actutum.**] *Directly.* Quasi *Actum dictum.* [Aut ut Ter. Andr. II. iii. 7. "*Dictum ac factum* invenerit aliquam causam."] (No sooner said than done.) "Dictio," ait Pareus, "tota Comica." Et sane centies apud Nostrum ac Terentium occurrit. Infra 135. 341. &c. Sed et apud alios auctores invenire est, quanquam rarius. Ov. Met. III. 557. Virg. Æn. IX. 255. Cic. Phil. XII. 26. &c.

— **Ecastor.**] Quasi *Me Castor,* (i. e. Ita me Castor adjuvet;) ut et aliquando scribitur. Infra 506. &c. Sic, *Me* Dius Fidius; (Ita me Διὸς Filius juvet.) Hujusmodi sunt, *Epol,* Per Pollucem; *Ejuno,* Per Junonem; *Equirine; Eccere;* [Infra 310.] &c. Sunt qui scribunt *Æcastor,* ut sit *Per Ædem* Castoris; quemadmodum *Edepol,* Supra 16. Notat Gell. XI. 6. "Solarum esse feminarum *per Castorem* jurare; Virorum, *per Herculem; Edepol* autem et viro et feminæ commune esse. Sed *mecastor* a viro dici, in nullo vetere

scripto inveniri." Quam fastidiosi in hac re *Græci* fuerint, apparet ex loco festivissimo Aristoph. Eccl. 155. sqq. ΓΥΝΗ. "Οὐ δοκεῖ μὰ τὼ θεώ. ΠΡΑΞ. Μὰ τὼ θεώ; τάλαινα, ποῦ τὸν νοῦν ἔχεις;... Ἀνὴρ ὢν τὼ θεὼ κατώμοσας. ΓΥΝΗ. Ὦ, νὴ τὸν Ἀπόλλω."

133. Servabo.] *I'll have an eye to you.* Pro *observabo.* Supra 47. Curc. 483. "Non queo, quod pone me est, *servare.*" Cist. 309. *Servatur.* (I have my eye on her.) Æn. II. 711. "*Servet* vestigia conjux." VI. 200. "Quantum acie possent oculi *servare.*" Ter. Andr. I. III. 7. "Me infensus *servat.*" Ov. Met. I. 684. "*Servantia* lumina." Cæs. B. G. v. 19. "Itinera nostra *servabat.*" Hinc "*Servare* de cœlo," pro, cœlum observare.

134. Meream.] *Receive as a compensation.* Glossarium præbet, Asin. 860. "Egon' ut non domo subripiam pallam...*non edepol conduci possum* vita uxoris annua."

135. Intus.] *From within.* E domo. Sic Bacch. 61. "Argentum jubebo *intus* ecferri." 1007. "Ducentos Philippos *intus* ecferam." Cist. 361. "Ut aliquis *intus* prodeat." &c.

136. Sportulam.] *A small basket.* Dimin. a *sporta.* Curc. 287. "Subfarcinati cum libris, cum *sportulis.*" Quia autem *sportulæ* opsoniis reponendis aptæ erant, factum est ut hoc nomen transferretur ad eam cibi portionem quæ in singulos dies clientibus suis a ditioribus patronis præberi solebat, et postea, cœnæ rectæ loco, pro *centum quadrantibus* usurparetur. Juv. Sat. III. 249. "Nonne vides quanto celebretur *sportula* fumo."

— Eccos.] *Ecce hos.* Supra 33.

— Tris numos.] *Three pieces of money.* Numus Plautinus erat didrachma; (circa 14*d.* Anglice.) Infra 205. Aul. 399. "Coquus *numo* conductus." Epid. 363. "Fidicinam, *numo* conducta quæ sit." *Tris numi* triginta sex obolos valent. GRON.

137. **Obsonium.**] Ab ὄψον. *Victuals.* Quicquid præter panem, cibi gratia, paratur. Vide Supra 126.

— **Vide.**] *Mind; See to it.* Infra 266.

— **Tribus satis.**] *Enough for three.* Hor. Ep. I. xv. 35. "Tribus ursis quod *satis* esset." Nost. Mil. G. 748. "Idem hoc *hominibus sat*, *erat decem.*"

138. **Quojusmodi.**] *Of what sort.* Cujusmodi; Vide v. 15.

139. **Parasitus.**] Ita dictus quia παρὰ σῖτον, (h. e. *ad mensam,*) patroni versatur.

140. **Fungitur munus.**] *Plays the part; does the work of.* *Fungor* et simill. cum *accus.* haud raro apud Veteres usurpantur. Vid. Funcc. Vir. Æt. L. L. VIII. §. xv. qui citat Tac. Ann. IV. 38. Ubi Tiberium, antiquæ locutionis amantissimum, introducit archaismis utentem, *fungi munera; fungi officia.* Supra 45. Trinum. Prol. I. "*Munus fungaris* tuom." Ter. Heaut. I. I. 14. "Illorum *officia fungere.*" III. III. 19. "Hominis frugi *functus officium.*" Adelph. III. IV. 18. Phorm. II. III. 52. Sic *Utor* cum *accus.* Epid. 254. "*Utitor consilium.*" Stich. 429. "Posticam partem *utuntur* ædium." Et *Potior,* Ter. Ad. V. II. 17. "Patria *potitur* commoda." 22. "Hic *potitur* gaudia." &c.

141. **Licet.**] Supra 81. 130.

142. **Adcubitum.**] *To lie down to table.* Infra 243. 277. Respicit morem Romanum, ad mensam *cubito in lectum posito* recumbendi: de quo fuse agit Gron. *Lect. Plaut.* in Pers. V. I. 15.

144. **Procul.**] Significat vel *pro oculis;* vel *porro ab oculis;* vel, (ut nostro fortasse loco,) *prope ab oculis.* Videsis Comment. in Virg. Ecl. VI. 16. "Serta *procul* tantum capiti delapsa jacebant." Et Serv. in Æn. X. 835. "*Procul* ærea ramis Dependet galea." Adde Æn. V. 124. Ubi tantum spatii designatur, quantum

ad navale certamen sufficeret. Et Ibid. 775. Ter. Hec. IV. III. 1. "Sermonem *procul hic* stans accepi." (*Hard by here.*)

145. Non dicam dolo.] *To speak the truth.* H. e. Ut vere, et sine fraude, dicam. Trinum. 69. *Haud dicam dolo.* Ter. Ad. III. III. 22. *Ne dicam dolo.* &c.

148. Circumimus.] Pro *circumire necesse est.* Frequens apud Latinos locutio. Curc. 372. "Si *reddo* eis, quibus debeo." '*If I* must pay *those to whom I am in debt.*' [Qui est ejus loci sensus, ut minime pro adulterino uncinis includi debeat.] Epid. 136. "A quo trapezita *peto?*" (*Am* I to get it.) 678. "Quid *ago?*" (What *must* I do?) Infra 234. 744. Juv. Sat. III. 296. "In qua te *quæro* proseucha?" (*Must* I seek you.) Ter. Eun. IV. VII. 44. "Jam *dimitto* exercitum?" (*Shall* I disband?) Æn. II. 322. "Quam *prendimus* arcem?" (*Shall* we seize upon?) III. 88. "Quem *sequimur?*" Ibid. 367. &c.

150. Quærere.] Pro *quærendi.* Vid. Infra 161.

— Nam quid.] Why, what *end will there be of seeking him?* Falluntur, qui hæc verba κατ' ἀναστροφὴν dicta putent pro *quidnam:* [Heyne ad Virg. G. IV. 445. qu. vid.] Eleganter enim videntur usurpari, ubi vel indignatio vel querimonia quædam exprimitur. Notabile est exemplum, Aul. v. 3. "*Nam cur* me verberas?" et 5. "*Nam qua* me nunc causa extrusisti ex ædibus?" Ubi est mulierculæ *ægre ferentis* domini sui contumelias. Et 378. "In ædibus *quid* tibi meis *nam* erat negoti?" (What business, *I should like to know,* had you in my house?) Casin. 650. "*Nam quid* illæc nunc tamdiu remorantur?" Quo loco est, impatienter mulierum cunctationem exprobrantis. Curc. 392. "*Nam quid* id refert mea?" (What, *the plague,* care I?) Ter. Andr. III. v. 6. "*Nam quid* nunc dicam patri?" (What *in the world* now?) &c. Similis est usus τοῦ γὰρ apud Evang. Luc. XXIII. 22. Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; (*Why,* what evil hath he done?)

151. **Ei re.]** *This business.* *Re* antiqu. pro *rei.* Infra. 667. 714. Mil. G. 4. *Die,* pro *diei.* &c. Virg. G. I. 208. "*Die* somnique." Æn. VI. 877. "In tantum *spe.*" pro *spei.* Hor. Sat. I. III. 95. "Prodiderit commissa *fide.*" Ov. Met. III. 341. "Prima *fide* tentamina." &c. Videsis A. Gell. IX. 14.

152. **Istros.]** Histriæ incolas, quæ est Illyricorum regio ad summam Maris Hadriatici oram. Hodie *Istria.*

— **Massilienses.]** Massiliæ cives; Hodie *Marseilles.* Narbonensis Secundæ oppidum, ad oram Gallici Sinus.

— **Illurios.]** Illuriæ populos; Hodie *Dalmatia* et *Albania.* Littori Orientali Maris Hadriatici, h. e. *Maris Superi,* accolas.

153. **Mare Superum.]** *The Hadriatic.* Contra *Inferum* appellatum est Mare Tyrrhenum. Simul commemorat Virg. G. II. 158. "An mare quod *supra* memorem, quodque alluit *infra?*"

— **Græciam exoticam.]** Intell. *Major Græcia;* quæ est infima pars Italiæ: dicta ab iis Græcis, qui, circa Trojana tempora, in hæc loca commigrarunt, et colonias plurimas ibi condiderunt.

— **Exoticam.]** *Foreign.* Est hæc vox ex iis quæ in linguam Latinam ex Græca translatæ sunt. Ea autem hoc loco usus est Noster, tum quia erat in Græca fabula unde hæc Latine reddita est; tum quia Messenio, ut Siculus, Græce loquitur, ideoque Italiam ἐξωτικὴν de more nominat.

155. **Acum.]** Pro quavis re minutissima. Proverbium vernaculum citat Interpr. Britann. 'You are seeking a needle in a bottle of hay.'

156. **Si adpareret.]** *If it existed; were visible.* Si exstaret. Truc. 536. "Huic des quantumvis, nusquam *adparet.*"

161. **Præterea.]** *Thenceforward.* Æn. I. 49. "Quisquam numen Junonis adoret præterea?" (After this.) Vide Supra 36.

— **Operam sumam.**] *Spend my labour.* Pro *absumam.*

— **Quærere.**] *In seeking.* H. e. *in quærendo.* Æn. II. 64. "Certant *illudere* capto." pro *in illudendo.* Vide Supra 150.

162. **Exsequi.**] *To seek him out.* Sensu rariori. Sic Merc. P. 68. *Exigi,* 'To be driven out.' Amph. 890. *Consequi,* 'To rush together.' In Asin. 144. Verbum *exsequi* occurrit sensu *perseverandi;* quod etiam hoc loco ferri potest, quamvis minus recte.

164. **Scirpo.**] *A bulrush.* Junci species enodis. Citat Festus Ennium, "Quærunt *in scirpo,* soliti quod dicere, *nodum.*" Idem adagium laudat Lind: in Ter. Andr. V. iv. 38. ex Isidor. Orig. 17. "Qui inimicus est, etiam *in scirpo nodum quærit.*" &c.

— **Quin.**] *Why not.* I. e. *qui non.* Infra 649.

165. **Nisi si.**] *Si* redundat. Epid. 20. "Ubi is est, *nisi si* in vidulo?" Ter. Andr. I. v. 14. "*Nisi si* id est quod suspicor." &c.

166. **Facessas.**] *Away with.* Sensus inusitatior. Rud. 961. "Enim *facesse!*...hinc *facessas.*"

166. **Malo.**] De plagis aut tali aliquo accipiendum, ut sæpe apud Nostrum. Infra 756. Rud. 696. "Dabitur tibi magnum *malum.*" Asin 299. "Magna est præda cum magno *malo.*" &c.

167. **Hem!**] *Alas!* Hoc loco ingemiscentis interjectio. Ter. Eun. V. i. 11. "*Hem,* misera occidi!" Vel indignantis; *Humph!*

168. **Enim.**] Pro *enimvero;* Græce δή. Virg. Æn. II. 100. Nisi sit per ellipsim: 'Dico *Hem!—Nam* me video jam servum esse.'

169. **Paucis.**] Pro *tam paucis,* seu *paucioribus.* Vid. Infra 387.

170. **Tam.**] *Nevertheless.* Infra 296. "*Tam* pro *tamen* Prisci, secundum Festum; unde etiam sequiores *tametsi* pro *tamenetsi.*" Bothe ad Bacch. 1135.

171. Marsupium.] *Purse.* "Sacculum nummorum, quem Græci μάρσυπον appellant. Quædam enim Græca in Latinum paulo inflectuntur propter Romanum eloquium." Isidor Orig. Lib. XX. 9. At Græce aliquando legitur μαρσίπιον, μαρσύπιον, et μαρσύπειον.

172. Viaticati.] *Provided.* Nam *viaticum* ad quævis necessaria translate refertur. Persius Sat. V. 65. "Miseris *viatica* canis."

— Admodum æstive.] *Very lightly.* Quod vocat Apul. Met. II. "*Tenuato admodum viatico.*" Vid. Nott. Gron: Lect. Plaut. "*Æstivum* dicitur, quo per æstatem utimur. Sic Plin. XXI. 3. "Vestes sericæ (*Muslin*) dicuntur *æstivæ levitatis.*" Propert. IV. viii. 37. "Vitrique *æstiva* supellex." " Eodem facit Hor. Ep. I. xi. 18. "Penula solstitio, campestre nivalibus auris." (De re parum congruenti: nam *campestre* erat *æstiva* vestis, utpote levissima, et minus igitur brumali frigori conveniens, cui crassior penula aptior.)

175. Epidamnia.] A subst. Epidam*nus;* Vide Prol. 32—3.

176. Voluptarii.] *Voluptuaries; debauchees.* Voluptati et genio indulgendo dediti. Rud. Prol. 54. "Eat in Siciliam: ibi esse homines *voluptarios.*"

— Maxumi potatores.] *Deep drinkers.* Vide Infra 185.

177. Sycophantæ.] *Sharpers; cheats.* Sæpe apud Nostrum pro homine fallaci, fraudulento, mendaci. Infra 199. 985. Amph. 350. Curc. 459. &c. Ter. Andr. IV. vi. 20. "Clamitent me *sycophantam.*" (An impostor.) Notum primaria significatio apud Græcos, et derivatio a Σῦκον et φαίνω.

— Palpatores.] *Spungers; cajolers.* Palpator, qui *palpat.* Merc. 166. "Vide ut *palpatur!* Nullust, quando occœpit blandior." Pœnul. 226. "Exora, blandire, *expalpa.*" Cic. Att. IX. 9. *Palpabo.* (i. e. Adulando leviter tentabo.) Cum Malis et Perjuris jungit Noster Rud. 44. Vide Infra 509.

178. **Meretrices mulieres.**] Eadem locutio Supra 3. qu. vid. Infra 249. Stich. 717. "Sibi *mulier meretrix* reperit odium."

179. **Perhibentur.**] *Are said to be.* Infra 317. Juv. Sat. IV. 17. "Ut *perhibent,* qui de magnis majora loquuntur." (As they give out; say.) Noster Cist. 65. "Ut *perhibent* viri." Ter. Ad. III. IV. 59. "Si vos voltis *perhiberi* probos."

— **Nusquam gentium.**] *No where else.* i.e. In nulla regione, seu parte, gentium. Ter. Andr. IV. II. 1. "Fratrem *nusquam* invenio *gentium.*" Simill. sunt, *Ubi gentium; Ubi terrarum.* &c.

180. **Inditum.**] Supra Prol. 42.

181. **Devortitur.**] *Sojourns.* Est autem verbatim, *huc,* (in hanc urbem,) *devortitur,* (divertitur,) deflectit se de via commorandi ibi causa. Hinc subst. *Diversorium.* Infra 341. "Tabernam *deversoriam.*"

182. **Cedo dum.**] *Only give me.* De *cedo* Supra 114. Et *dum* paragogic: Supra 88.

183. **Eo.**] *With it.* Subintell: *uti,* aut tal. al.

— **Abs te.**] Supra 75. Adde Ter. Andr. I. I. 79. "Metui a Chryside." Et III. IV. 3. "Non nil veritus sum *abs te.*"

184. **Duis.**] Vett. *Duim, duis, duit;* pro dem, des, det. Aul. 23. "Ne mi verba inprudenti *duit.*" Cic. Cat. I. 9. "Utinam dii immortales *duint.*" Infra 223.

185. **Magnus amator.**] Vide Supra 176. LAMB: citat Ter. Eun. IV. III. 23. "Amatores mulierum esse eos *maximos.*"

186. **Perditi.**] *Reckless.* Animi impotentis, qui sibi moderari et temperare nescit. Ita, *perdite* amare; (Without reflecting on the consequences.) Homines *perditi;* (Abandoned.) &c.

187. **Id utrumque cavero.]** *Caveo* hoc sensu cum acc. jungitur. Infra 689. Hor. Od. III. v. 13. "*Hoc* (sc. dedecus) *caverat* mens provida Reguli."

188. **Delinquas.]** *Offend.* Est leviter et citra spem veniæ errare. Hor. Sat. I. iii. 84. "Paullum *deliquit* amicus." Hinc *delictum,* peccatum, sed minus grave; (*A peccadillo.*) Eadem vis vocibus Anglicis, *Delinquent, delinquency, dereliction.*

189. **Me lubente.]** *With all my heart.* Truc. 332. "*Me lubente* facies. D. Edepol *me* magis." Cic. Att. X. 4. *med.* "*Me libente* eripies mihi hunc errorem."

190. **Bene obsonavi.]** *I have provided handsomely.* Supra 45. "*Bene* præbeo."

— **Ex mea sententia.]** *To my mind.* Ex animo. Græce 'Εκ θυμοῦ, 'Εκ ψυχᾶς. Theocr. Idyll. VIII. 35. Cic. Att. IV. 14. *fin.* "Itinere *ex sententia* confecto."

191. **Anteponam.]** *Shall serve up.* i. e. *Ponam ante* pransores; Apponam. Curcul. 73. "Quid *antepones* Veneri jentaculo." (ubi fortasse ludit in verbo.) Tibull. "Agricolæ *ponitur ante* Deo." (Pro *anteponitur;* et recte *Deo,* non *Deum,* legitur.)

— **Pransoribus.]** *Guests.* Vox rara; a *prandeo, pransum.*

192. **Væ tergo meo!]** *Woe to my back!* Nam me *ulmea cœna* accipient: *Tergum* meum flagellis conscribillabunt.

201. **Vidulo.]** *The knapsack; wallet.* Erat sacculus e corio factus, in quem pecuniam et reliqua viatica reponebant iter facientes. Epid. 20. "Ubi is ergo est, nisi si in *vidulo?*" Rud. 304. "Conclusit ipse in *vidulum.*" &c.

202. **Numero.]** *Full soon.* Nimis cito. "Antiqua loquendi ratio, ducta ex eo quod *unum,* quod est principium numeri, *punc-*

ium putatur.“ Facc. Casin. 522. “*Numero* dicis!” Amph. 24. “*Numero* mihi in mentem fuit.” (Suddenly, this moment.)

203. Nunc.] *But now; only just.*

205. Sacres.] Gron: Lect. Plaut. ”*Sacres* dicebant Vett. tertia declinatione, pro quo nos secunda declin. *sacros.*“ Citat Lamb: Varro, Lib. II. Re Rust. Cap. 1. et Cap. 4. Unde apparet sic dictos esse porcos “a die decimo post partum, quod tum ad sacrificium idonei haberentur primum.” Addit de suo Lamb: ”Laribus immolabantur hi porci sacres, non solum ab insanis, verum etiam ab iis quibus aucta erat familia.“ Rud. 1106. “Adorna ut rem divinam faciam Laribus familiaribus, quom nostram auxerunt familiam. Sunt domi agni, et *porci sacres.*” Huc pertinet, Hor. Sat. II. iii. 164. “Immolet æquis Hic *porcum* Laribus.” Eustath: in notis ad Iliad: τ′. ait, ”Porcum ab antiquis existimatum esse ad expiationes idoneum,“ testemque producit Æschylum, Πρὶν ἂν παλαγμοῖς αἵματος χοιροκτόνου Αὐτός σε χράναι Ζεὺς καταστάξας χεροῖν.

— Sinceri.] *Without spot or blemish.* Qui apud Varronem, (Supra cit.) *Puri* appellantur. Gron: Lect. Plaut. ”*Sinceri,* nihil aliud sunt quam puri et sine labe corporis, integri: Nam hoc requirebatur in victimis, eaque de causa, priusquam mactarentur, inspiciebantur a sacerdotibus.“ *Sincerus,* Etymologiæ notæ, (a *sine cera,*) vel ab Hor. Ep. I. ii. 54. “*Sincerum* est nisi vas, quodcunque infundis acescit.”

— Numo.] Supra 136. Infra 226.

206. Piari.] Festus ait, ”*Piari* eos veluti proprio verbo, qui parum sint animati, cum mentis suæ non sint, et per quædam verba liberentur incommodo. *Piatrix* dicebatur sacerdos quæ expiare erat solita: et *Piamenta,* quibus in expiando utitur.“

— De mea pecunia.] Cic. Att. V. 21. “*A me* solvere.” (i.e. *de meo.*) Græce Ἀπὸ τῶν ἐμῶν. Arist. Plut. 890.

207. **Certo.]** Vett. pro *certe.* Infra 228. &c. Passim apud Plautum et Terent. aliquando quoque, sed rarius, usurpaverunt recentt. Cic. Att. IV. 3. "Avere te *certo scio.*" IX. 4. "Tibi accidere *certo scio.*" &c. Sic *numero,* (Supra 202.) et *numere* dicebantur.

210. **Perieris.]** Ἔῤῥοις. Φθείρου. In maxumam malam crucem.

213. **Pro sano.]** *Like a sensible man.* Infra 839. Gron: Lect. Plaut. "*Pro sano loqui, facere,* est instar hominis sani, tanquam sanum. Cæs. B. C. V. "Nihil *pro sano* facturum." Liv. XXIX. "Non *pro vano* modo, sed vix *pro sano* nuntius audiretur." "

218. **Cyathisso.]** *Am your cupbearer.* Κυαθίζω, οἰνοχοεύω. Vinum cyathis subministro, pocillatoris munere fungor. Formatum ut Attic*iss*at, et Sicilic*iss*itat; (Prolog. v. 12.) Hor. Od. I. xxix. 7. "Puer quis.....*Ad cyathum* statuetur?" Confer Asin. 864. sqq. Citat Par: Diphilum Comicum; Ὥσπερ κυαθίζουσ' ἐνίοθ' ἡμὶν ἡ τύχη Ἓν ἀγαθὸν ἐπιχέασα, τρί' ἐπαντλεῖ κακά.

— **Apud nos.]** *At our house.* Nempe, Apud Erotium. Nota locutio, pro *Apud domum nostram.* Hor. Od. III. xxix. 5. "Jamdudum *apud me* est." Gallice, *Chez nous.*

219. **Qui.]** *Wherewith.* Ablat: antiqu. Infra 300. Cistell. 439. Curc. 696. Epid. 177. &c. Aliquando etiam apud recentt: E. g. Cic. Att. XI. ii. "Ut sit *qui* utamur."

— **Diminuam caput.]** *Break his head.* Infra 756.

223. **Illi.]** *There.* Vett. pro *illic.* Infra 894. Stich. 449. Amph. 804. "Quom *illi* censebis esse." Merc. Prol. 96. "Dum *illi* ambulo." 256. "Ego *illi* adspicio mulierem." Ter. Phorm. I. ii. 41. "Dum sedemus *illi.*" Hec. V. iii. 4. &c.

— **Perduint.]** Pro *perdant.* Supra 184. Infra 356. Amph. 70. *Deduint;* (pro *dedant.*) Ter. Phorm. V. viii. 4. *Creduas.* &c.

225. Audin'.] *Hark ye.* Aud*isne*. Ut *Vin'; Satin'*; &c.

226. Dudum.] *Just now*. Significat intervallum quoddam temporis minusculum, non satis accurate definitum. Supra Prol. 57.

— Pollicitus.] Subaud. *es*. Supra 97. Infra 228. &c.

230. Multum.] *Tedious; importunate*. Dicitur de eo qui nimium rei alicui et prolixe se applicat: quemadmodum hoc loco videtur Cylindrus facere, perseveranter Menæchmo adhærens. Cic. De. Orat. II. 87. *ad fin*. "Ne in re nota et pervulgata *multus* et insolens sim:" (Wearisome.) Gron: Lect. Plaut. "*Multus homo*, pro tetrico morosoque et importuno; quem Græci φορτικὸν dicunt. Afran. apud Nonium: "*Multa* es, et molesta multum." Catull. Ep. CXII. "*Multus* homo es, Naso." Latinis *multus* semper in malam partem pro ardelione usurpatur et satageo. Tac. Hist. III. 52. "*Nimius* jam Antonius." (i. e. non ferendus, intolerabilis.)"

— Odiosum.] *Vexatious; troublesome*. Infra 404. 783. Pers. 234. Pseud. 28. &c. In Curcul. 189. "*Odium* me vocas?" (Angl. *A bore*.) Ter. Phorm. V. vii. 44. "Si porro esse *odiosi* pergitis." Phædr. Fab. II. v. 4. "Ardelionum natio....Sibi molesta et aliis *odiosissima*." Cic. Att. X. 17. init. "Lippitudo, non illa quidem *perodiosa*." (Very annoying.) De terminatione verborum in *osus*, Nigidium citat A. Gell. IV. ix. "Hoc inclinamentum hujuscemodi verborum, ut *vinosus, mulierosus, nummosus*, signat *copiam quandam immodicam* rei, super qua dicitur." Quibus addit Gellius; "Licet omnia istiusmodi inclinamenta nimium ac præter modum significant, non semper *in culpam*, imo sæpe *in laudem* dicuntur; ut *ingeniosus, formosus*, &c.: sed et hæc quoque incrementum quoddam nimium demonstrant."

232. Quamvis ridiculus.] *A great wag*. Trinum. 763. "*Quamvis* longi sermones." In versibus Æneidi præfixis, 3. "Ut *quamvis avido* parerent arva colono." Vide Nott.

— Ridiculus.] Active, *facetus;* qui risum movet. Usitatius passive, ridendus. Citat PAR. Capt. 400. "Juventus jam *ridiculos* inopes ab se segregat." i. e. Parasitos, *qui risum captant.*

234. Obsono.] Must *I provide.* Vide Gloss. in v. 148.

235. Quas mulieres?] *What women?* Infra 697. 705—6. Ita Græce *ποίους cum indignatione* legitur. Bene observat LAMB: "Plurali numero sic uti solere, qui quod ab alio dictum est improbant ac reprehendunt." Et citat Ter. Adelph. V. VII. 9. "Missa hæc face, Hymenæum, turbas, lampadas, tibicinas." Et Curc. 540. "Quas tu mihi tabulas, Quos tu mihi luscos libertos, quos Summanos somnias?" Adde Ter. Andr. V. III. 20. "Domus, uxor, *liberi inventi.*" Et Hec. II. I. 15. (Ubi de uno tantum puero sermo est.)

236. Urget.] *Afflicts you.* Citat LAMB: Hor. Sat. I. III. 69. "Optimus ille est Qui minimis *urgetur.*" Et Sat. II. III. 39. "Pudor, inquit, te malus *urget.*"

238. Fabulor.] *I am talking.* Supra 96.

240. Madebunt.] *Shall be dressed.* Supra 129. Gloss.

— Nil morabitur.] *There shall be no time lost.* Passive usurpatum. Sic, (quamvis alio sensu,) Hor. Sat. II. IV. 27. "Si dura *morabitur* alvus."

241. Proin.] *Therefore.* Id. qu. *proinde.* "Sed Poeticum et fere Comicum." FACC.

242. Numquid vis?] *Have you any further commands?* Abeuntis locutio. Infra 448. Notabile exemplum præbet. Ter. Eun. II. III. 49. "Rogo, *numquid velit?* Recte, inquit. *Abeo.*" Et Hor. Sat. I. IX. 6. "Cum assectaretur, *Numquid vis?* occupo.—" Noster passim. Exempla sunt, Aul. 129. E. "*Numquid vis?* M. Vale." Cistell. 116. G. "*Numquid* me *vis,* mater, intro quin eam? L. Abi

intro. G. *Numquid* me *vis?* L. Ut Valeas." Additur aliquando *aliud,* aut tale quid. Epid. 501. F. "Numquid me vis *ceterum?* P. Malo cruciatu ut pereas, atque *abeas* cito!"

243. Adcumbere.] Supra 142. Vide in Nott.

244. Volcani.] *The fire.* Hor. Sat. I. v. 74. "Per veterem dilapso culinam *Vulcano.*" Juv. Sat. VII. 25. "Dona *Veneris Marito;*" (pro *Igni impone.*) Et Sat. X. 132. "Incude et luteo *Vulcano.*" Noster Amph. 185. "*Volcanum* in cornu conclusum geris." (A lantern.) Aul. 313. "Quamquam *Volcano* studes." &c.

249. Meretricem mulierem.] Vide Supra 178.

251. Qui.] *How.* Supra 84. *Quidum?* Passim apud Nostrum.

255. Quoiatis sit.] *Whose it is.* Pro *Cujatis;* Sensu paullum inusitatiori. Curc. 404. "Quid eum nunc quæris, aut *cujatis?*" (Whose friend are you?) Alibi *Cujas* est, *cujus patriæ?* (Of what country?) Ut *Nostras,* (of our country;) et simill.

256. Postilla.] *Upon that.* Infra 587. 1015. *Post illa,* postea. Apud Comicos præcipue occurrit. Ter. Andr. V. IV. 33. "*Postilla* nunc primum audio." Phorm. II. II. 83. "*Postilla* ludas licet." Heaut. III. I. 38. "*Postilla* cœpit victum volgo quærere." Noster Curcul. 524. "Nunquam *postilla* vidi." &c.

— Adglutinant.] *Stick to them like glue.* Cistell. 370. "Ad me *adglutinandam* totam decretum est dare." Homericum est, Ἔχεσθαι ἐμπεφυυῖαι, IL. I. 513.

257. Pellexerunt.] *Pellicio* et *illicio* proprie de artibus meretriciis dicuntur; (*To decoy.*) Asin. 190. "Quom *inliciebas* me." Cæterum notandum idem distare inter *pellicio* et *illicio,* quod inter *persuadeo* et *suadeo,* ut hoc sit '*inducere tentare,*' (*To allure;*) illud plerumque, (ut hoc loco) 'illecebris *perducere,*' '*voti compotem* fieri,' (*To seduce.*) Hinc *Pellices* dicuntur hoc genus mulierum.

259. Abs qua cavendum.] Supra 75. 183.

262. Concrepuit ostium.] *The door creaked; opens.* Infra 424. Nam sonitum edunt fores dum aperiuntur. Unde apud Curc. Anus, quia clandestino vult exire, *aquam cardini subfundit.* v. 156. "Placide egredere et sonitum prohibe forium et *crepitum* cardinum." Ter. Andr. IV. I. 59. "*Concrepuit* a Glycerio *ostium.*" &c.

264. Sultis.] *If you please. Si vultis.* Quemadmodum *sis,* si vis; *sodes,* si audes; &c. Capt. 852. "Adservate istunc, *sultis,* servi." Fragm. Friv. 3. "Sequimini me hac, *sultis.*"

265. Sic.] Infra 926. Aulul. 475. "Nunc *sic* sinam." (I will let him alone; leave him *as he is.*) Græce αὔτως. Hom. Il. I. 133. "Αὐτὰρ ἔμ' αὔτως ἧσθαι δευόμενον." (*Sic* sedere.) II. 138. "Ἄμμι δὲ ἔργον αὔτως ἀκράαντον." (*Sic,* ut erat, imperfectum. '*Just as it was;* no progress being made.')

266. Vide.] Supra 137.

— Sternite lectos.] *Spread the coverlets on the couches.* Nempe lectos *tricliniarios.* Hinc Pseud. 158. *Lectisterniator.* Stich. 646. "*Lectis sternendis* studuimus, munditiisque adparandis." Æn. I. 700. "*Strato*que super discumbitur ostro."

— Incendite odores.] *Set fire to the perfumes.* Citat. Lamb: Cic. Tusc. Lib. III. "Fasciculum ad nares admovebis? *incendes odores?*" Eodem pertinet Homericum, Ἐν θαλάμῳ ἐνώδεϊ κηώεντι, Il. III. 382. Ubi Schol. Κηώεντι, τεθυμιασμένῳ.

267. Munditia.] *Neatness; cleanliness.* A *Mundus.* Plerumque in plurali; ut Hor. Od. Lib. I. "Simplex *munditiis.*" &c. Noster Stich. 718. "Nimio mulier meretrix reperit odium sua *immunditia,* quam in perpetuum ut placeat *munditia* sua."

— Inlecebra.] *Allurement.* Asin. 204. *Inlex;* (A bait;) ab *inlicio.* Hoc quoque magis usitatum plurali numero; [Infra 286.]

singulari usus est Noster Asin. 135. "Eccam, *inlecebra* exit." Cic. Pro Mil. 16. "Maximam *illecebram* peccandi." Sic, *Delicia* pro *deliciæ*, Truc. 877.

268. Amœnitas.] *Appearance of comfort.* Secundum Festum, "*Amœna* loca sunt, quæ *ad se amanda* alliciant."

270. Usu.] *Profit.* Pro *usui.* Æn. III. 541. "*Curru* succedere;" (pro *currui.*) &c. Cæterum, *Est usui* valet id. qu. *Utilis est.*

271. Ultro.] *Willingly; unasked.* H. e. non roganti, neque petenti. Ter. Andr. I. I. 73. "Chremes *ultro* ad me venit, unicam gnatam suam filio uxorem ut daret." (i. e. Cum eam haud peterem.) Eun. I. I. 2. "Cum accersor *ultro.*" et v. 24. "Te *ultro* accusabit." &c.

— Ut meret.] *According to his deserts. Mereo* rarius in activa voce occurrit. Supra 134. Ter. Andr. II. I. 31. "Cum is nil *mereat.*" &c.

272. Ultro.] *First. Prior* alloquar, quam ille me. Ter. Eun. II. II. 18. "Hisce ego non paro me ut rideant, Sed eis *ultro* adrideo." Æn. II. 279. "*Ultro* flens ipse videbar Conpellare virum." (To address him *first.*) Et 272. "*Ultro* verbis conpellat amicis."

— Mira videntur.] Usitatius, *Mirum videtur.* Infra 939. 1002. Æn. I. 669. "Ut Æneas jactetur... *Nota* tibi." H. e. *Notum.*

273. Mage.] *Magis.* Infra. 295. Prol. 55.

278. Equidem tecum.] Subaud. *loquor;* nam *Equidem* valet, *Ego quidem.* Licet aliquando, pro simplici *quidem,* cum secunda et tertia verbi persona construitur. E. g. Pers. Sat. I. 110. "Per me *equidem* sint omnia protinus alba." Et V. 45. "Non *equidem* hoc dubites."

279. Pol.] Per *Pollucem.* Vide Gloss. in v. 130.

280. Magnificare.] *To honour you.* Pro *magni facere.* Cistell. 22. "Merito vostro amo vos; quia me colitis et *magnificatis.*"

— Neque haud inmerito.] *And that too deservedly.* Tria negativa vim affirmandi, (et quidem vehementer,) habent. *Neque haud* conjunctim legimus, Ter. Andr. I. II. 34. "*Neque* tu *haud* dices, tibi non prædictum." &c.

281. Florentem.] *Enriched.* Divitem, lautam, et beatam. Sic Græce θάλλειν et ἀνθεῖν, pro εὐτυχεῖν seu εὐπράττειν. Lamb.

283. Tam familiariter.] H. e. Ut quæ sit *familiaris* mei. Ter. Andr. I. I. 109. "Rejecit se in eum flens *quam familiariter.*"

284. Folia.] Vid. Nott. Hoc sensu translate, Apul. Met. 1. "*Folia* sunt artis, et nugæ meræ."

285. Præut.] *In comparison with.* Amph. 218. "Parum etiam, *præut* futurum est prædicas." Merc. 459. "Nugas fuisse credo, *præut* quo pacto ego diversus trahor." Ter. Eun. II. III. 9. "Ludum jocumque fuisse illum alterum, *præut* hujus rabies quæ dabit."

— Triduom hoc.] *These* next *three days.* Quo sensu Ter. Adelph. IV. I. 4. "Ut *triduo hoc* perpetuo nequeat surgere." (For the three *next* whole days.) Eun. I. II. 71. "Sine illum *hosce* aliquot dies apud me." Et II. II. 46. "Sex ego te totos *hos menses* quietum reddam." Phorm. III. v. 5. "Nequeo te exorare, ut maneas *triduum hoc.*" &c. De tempore autem *præterito,* Supra 28. qu. vid.

286. Elecebræ argentariæ.] *Money spungers.* "Ab *eliciendo argento* dictæ." Festus. Vide in v. 267. Bacch. 900. "*Exlecebra* fiet hodie *auro* senis." 1122. "Probri *perlecebræ* et persuatrices."

287. Sine me dum.] *Sinedum* per mesin disjungitur. Vide in v. 88.

— Tibi dico.] Infra 598. Curc. 511. "Heus tu: *tibi* ego *dico!*" Burm: ad Petron. Sat. Cap. 64; ait, "Formula est non modo excitantis, [ut Ter. Hec. IV. I. 8.] Sed et increpantis et stomachabundi:" et citat Phædr. Fab. IV. XIX. 18. "*Tibi dico,* avare." Ov. Met. IX. 121. "*Tibi,* Nesse biformis, *dicimus.*"

290. **Tetulit pedem.]** *Set foot in.* *Tetulit* vetus forma pro *tulit*. Infra 532. Ter. Andr. IV. vi. 13. "Nunquam huc *tetulissem pedem.*" Infra 309. "*Penetravi pedem.*"

— **Heia!]** *Fie!* Eἶα, Eja. Adverb. h. l. exprobrantis.

— **Delicias facis.]** *You are jesting.* Irrides. Τρυφᾷς, Lamb. Pœnul. 150. Cas. 412. "Nimias *delicias facis.*" Infra 314. "*Ludos facere.*" Merc. 231. "Facit convicium;" pro *conviciatur*. &c.

291. **Amabo.]** *Pr'ythee; I beg.* Amanter rogo. Invitandi, seu rogandi formula. Infra 314. 331. &c. Ter. Eun. I. ii. 50. "Hoc agite, *amabo.*" Cic. Att. II. 4. *init.* "*Amabo* te, cura, ut transigas." X. 10. *med.* "Medere *amabo.*" &c.

295. **Scibo.]** Fut. Antiqu. pro *sciam*. Infra 907. 999. Epid. 644. "Si quid *sævibunt* senes."

296. **Bene vocas.]** Vide Nott. Sic, Curc. 557. "*Bene vocas;* verum vocata res est." (Thank you; but I'm already engaged.) Similiter Hor. Epist. I. vii. 62. "Dic ad cœnam veniat.... *Benigne,* respondet. *Neget* ille mihi? *Negat* improbus, et te Negligit aut horret." Ibid. v. 16. "Jam satis est. At tu quantumvis tolle. *Benigne.*" (No more, I thank you.)

— **Gratia est.]** "Blandior formula abnuendi se ad cœnam venturum;" Bothe. Mostell. 1079. C. "Hic apud nos hodie cœnes. Th. Dii te ament. *De cœna facio gratiam.*" (You'll excuse me.)

299. **Malum.]** *Plague on't.* "Interjectio stomachantis et indignantis;" Lamb. Merc. 181. "Qui, *malum,* ego nugor?" (How, *the plague!*) &c. Cic. Att. V. 20. *init.* "Qui (*malum*) isti Pindenissæ? qui sunt?" Et IX. 18. "Tu, *malum,* inquies, actum ne agas."

300. **Qui.]** Ablat. pro *quo.* Supra 219.

300. **Baxeæ.]** *Shoes,* or *slippers.* "Calceamenti genus, quo sacerdotes, et Philosophi utebantur, ut ex Apuleio intelligere licet. Met. Lib. II. "Juvenem linteis amiculis intectum, pedesque palmeis *baxeis* indutum." Lib. XI. "Nec deerat qui pallio, baculoque, et *baxeis,* et hircino barbitio Philosophum fingeret." Id. Lib. I. Floridorum, "Fateor me sellularias artes minus callere,...*baxeas de suterna* præstinare."" LAMB.

304. **Cantherino ritu.]** *Like a gelding.* GRON. Lect. Plaut. "*Cantherii* sunt equi castrati, qui cum mascula parte animos feroces amiserunt, et stantes placide quasi conniventes oculis, somniculosi et dormitantes conspiciuntur." Festus, et Varr. De Re Rust. II. 7. "Equi qui semine *carent,* ii *canterii* appellati." Melius a Græco *κανθήλιος* derivatur. Hinc fortasse Anglice *Canter.*

— **Adstans.]** Pro simpl. *stans.* Supra Prol. 56. Capt. 558. "Vix *adsto* præ formidine."

— **Somniat.]** *Dreams.* Capt. 781. "Hic *vigilans somniat.*" Amph. 532. "Quæne *vigilans somniat?*" Ibid. "Vigilans dormio, *vigilans somnio,* vivos et sanus intereo." Ter. Andr. V. VI. 7. "Num ille *somniat* ea, quæ vigilans voluit?"

305. **Qui.]** *Why?* Curc. 275. "*Qui* istic clamorem tollis?" &c.

— **Inficias ire.]** Nos ad verbum, *To go to deny.* Est autem *inficias* accus. plur. ab *inficiæ,* et solum hoc casu occurrit, subaudito *ad;* Quemadmodum *Suppetias,* Infra 918. Fere dicitur de iis quæ *probe scimus* sed *fateri* nolumus; unde plerique a *fateor* ducunt, et scribunt per literam *t, Infitias:* A quorum sententia stat locus in Cistell. 376. "Quæ dudum *fassa* est mihi, quæne *infitias* eat." Contra qui per *c* scribunt, ducunt a *facio,* ut sit pro *inficior-ari,* (nempe, quæ *feceris,* ea te *non fecisse* asseverare.) Et hæc potior etymologia, vel ob hunc locum, et Infra 955.

309. **Portam.]** Nempe *Urbis Epidamni.* Ut falsi sunt qui pro *fores Erotii domus* dictum putent. *Porta,* sic appellata ab aratro *portando* trans id spatium ubi porta futura esset, cum urbem sulco designarent.

— **Penetravi pedem.]** Infra 717. Amph. 94. "Perduelles *penetrant se* in fugam." Trinum. 246. "Quo illic homo foras *se penetravit.*" 261. "Quin prius *me* ad plures *penetravi?*"

310. **Prandi.]** *I dined.* Vide Supra 94.

— **Navi.]** Ablat. usitatior apud Nostrum: Vide Prol. 25. Sic *Parti,* v. 381. *Luci,* 903. *Ruri.* Merc. 268. &c.

— **Eccere.]** Per Cererem. Vide Supra 130. *Viro* tribuitur Amph. 399. Et Cas. 270.

312. **Tritam.]** Intelligunt, laceratam tempestatibus.

— **Fixam.]** *Nailed;* (fastened with *pins.*) Clavis compactam.

— **Excussam malleo.]** *Hammered with the mallet.* Valde tunsam. *Excutio* pro concutio.

313. **Supellex pellionis.]** *A tanner's frame.* In qua *pelles* subigit, concinnat, et ad usus suos perficit *pellio.* Græce Θράνος. *Supellex* est proprie, "Quodvis domesticum instrumentum familiæ, quod neque argento aurove facto, vel vesti adnumeratur," [quamvis et hæc quoque in supellectile fuisse constat:] ut docet Facc: ex Pompon. Dicta autem est, quasi *sub pellibus;* fuit enim imprimis Τὰ Σκεύη quæ ad usum castrorum *in tentoriis* suis milites habebant. Recte su*p*ellex (non su*pp*ellex) scribitur; nam prima syllaba corripitur. Cæterum, latius hoc verbum usurpari quam per Pompon: admittitur, apparet vel ex Virg. G. I. 165. "*Virgea* præterea Celei vilisque *supellex,* Arbuteæ crates, et mystica vannus

Iacchi." Et Juv. Sat. III. 13. "Quorum cophinus fœnumque *supellex*." Et multis aliis locis.

313. Palus.] Intell. *palos ligneos,* quibus utitur pellio ad pelles distendendas et siccandas. LAMB.

314. Ludos facere.] *To mock me; make game of me.* Pro *ludificare,* ut contra, Supra 280, *magnificare* pro *magni facere.* Ter. Phorm. V. VII. 52. "Ut *ludos facit.*" Aul. 206. "*Quem* senecta ætate *ludos facias.*" Merc. 221. "Miris modis di *ludos faciunt* hominibus." (Ubi inusitate cum dativo construitur.) Pers. 791. "*Ludos* me *facitis.*" &c.

317. Perhibere.] *Are given out; said to be.* Supra 179.

318. Iterum.] *Next to him.* Post hunc.

320. Prædicas.] *You say. Prædico, -as.* penult. *brev.* Vide Supra Prol. 47.

321. Tam cate.] *So well.* A *catus,* Supra 55.

322. Pernegari.] Vis est præpositionis, *perseverantius* et *constanter* negari. Sic Infra 621. *Perpeti.* 628. *Perferam.* &c.

323. Intrassis.] *If you enter.* Pro *intraveris.* Sic Epid. 713. *Orassis,* pro oraveris. Bacch. 1152. *Amissis,* pro amiseris. Casin. 288. *Obiexis,* pro objeceris. &c. Æn. IV. 605. *Implessem,* pro implevissem. 606. *Exstinxem,* pro extinxissem. Hor. Sat. I. v. 79. *Erepsemus,* pro erepsissemus. &c. Infra 513. *Comessis.*

324. Adsentabor.] *Will assent; will not cross her.* Infra 385. Hinc *Assentatores* dicti, qui ut ait Gnatho, [Ter. Eun. II. II. 21.] "Si negat quis, negant: ait, aiunt: postremo imperant sibi omnia *adsentari.*" Ib. III. II. 37. "Qui huic *adsentari* animum induxeris." Ne igitur cum LAMB: *adsentibor* reponas.

326. Non inprudens.] *Intentionally; wittingly.* Data opera, de industria. Valet id. qu. *prudens,* (i. e. *providens,*) sciens. Infra 971. Hujus frequentissimæ verbi significationis exempla nonnulla, ne post in ea hæreamus, semel in unum congeram. Hor. Od. I. iii. 22. "Deus abscidit *Prudens* Oceano terras." Sat. II. 3. 206. "*Prudens* placavi sanguine divos." Ibid. 212. "Cum *prudens* scelus admittis." Ep. II. ii. 18. "*Prudens* emisti vitiosum." Ov. Met. X. 130. "Hunc puer *imprudens* jaculo fixit." Cæs. B. G. III. 29. "Ne quis *inprudentibus* militibus impetus fieri posset." Ter. Andr. I. iii. 22. "Ne *inprudentem* opprimat." IV. i. 19. "Et me et te *inprudens* perdidi." Eun. Prol. 27. "Peccatum *inprudentia* est Poetæ; non quo furtum facere studuerit." Nost. Aul. 23. "Ne verba *inprudenti* duit." Capt. Prol. 44. "Reducem faciet *inprudens;* itidemque ut sæpe, Plus *insciens* quis fecit, quam *prudens* boni." Epid. 360. "Caput suum *inprudens* adligabit." &c.

327. Renunciaret.] Infra 1025. Valentius quam simpl. *nunciaret. Re* enim in compositione haud raro de eo, quod factum nolumus, usurpatur. Ter. Andr. II. v. 20. "*Renunciato,* ut pro hoc malo mihi det malum." &c. Plura vide in voc. *rescisco,* v. 590.

328. Manes.] *Wait for.* Infra 936.

329. Flocci facio.] *Care a straw for.* Ne *flocci* quidem *facio;* nihili pendo. Ter. Eun. II. iii. 12. "Tum qui *flocci fecerim.*" Eun. III. i. 22. "Ego *non flocci pendere.*" (Did n't care *a rush.*)

331. Scin'.] Pro *scisne.* Supra 65. *Vin'.* 225. *Audin'.* &c.

— Amabo.] *I shall be obliged to you.* Supra 291.

332. Phrygionem.] *The embroiderer's.* Intell. *officinam;* Vide Supra v. 20. Sic, *Ad aurificem,* Infra 426. Erant autem Phrygiones, qui acu pingebant, et vestes auro intexebant; dicti a *Phrygibus* qui hanc artem invenisse existimantur; ut docet Facc. citans Serv. ad Virg. Æn. III. 484. Et Plin. Lib. VIII. c. 48. "Acu facere

Idæi Phryges invenerunt: ideoque *Phrygiones* appellati sunt." Numerat Noster inter rerum muliebrium artifices, Aul. 459. "Stat fullo, *phrygio*, aurifex, lanarius."

333. Reconcinnetur.] *Be repaired; fresh trimmed.* Infra 428. Denuo reparetur, resarciatur. De *concinno*, Vide Supra 26. Cæs. B. G. II. 15. "Diuturni laboris detrimentum solertia et virtute militum brevi *reconcinnatur.*" (Is repaired.) h. e. reficitur.

— Opera.] *New ornaments*; or *figures*.

334. Eadem.] Vide Nott. Sic Cist. 374. "*Eadem* si possum tranquillum facere." Amph. Prol. 54. "Conmutavero *eadem*, si voltis." Cic. Att. XIII. 39. "Brutum, inquis, *eadem* scilicet." h. e. *eadem via;* (By the same means.)

— Ignorabitur.] *It will not be known again.* Infra 370.

335. Cognoscat.] *Recognise.* Ter. Eun. II. i. 19. "Adeon' homines inmutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse?"

337. Hunc conloqui.] *To speak with this man.* *Conloqui*, sensu *alloquendi*, accusativo jungitur.

338. Subsili.] *Jump up.* A *sub salio.* Vide in Nott: et confer Curcul. 149. "Fite causa mea ludii barbari: *Subsilite* obsecro, et mittite istanc foras." (Ubi *pessulos* amans alloquitur, jubetque ut e foribus ocius exsiliant.) Capt. 558. "Quin quiescis, cor meum? Tu *subsultas;* ego miser vix adsto præ formidine."

339. Tanto nequior.] *So much the worse.* Vide in Nott: Et de voce *nequam*, Vide Supra v. 7.

340. Quantum potest.] *As quick as possible.* Frequentissima apud Comicos, sed rarior apud alios, formula. Infra 449. Asin. 141. "Remigio veloque, *quantum poteris*, festina." Aul. 80.

"Domum me, *quantum potero*, tantum recipiam." &c. Ter. Andr. V. II. 20. "Hunc intro rape, *quantum potes.*" Eun. V. I. 20. "Comprehendi jube *quantum potest.*" Cic. Att. IV. 10. "Nostram ambulationem, velim, *quod poteris*, invisas." et 13. "Rescribas ad me, *quantum potest.*" et IX. 7. *fin.* "Scribe *quantum potest.*"

341. Actutum.] Supra 130.

— Devorsoriam tabernam.] *A tavern.* Cauponam. Truc. 655. "In *tabernam* ducor *devorsoriam.*" Vide in voc. *devortitur*, Supra 181.

342. Ante solem occasum.] *Before Sunset.* Id: qu: *Solis* occasum. Infra 920. Epid. 137. "Ni ante *solem occasum* elicies." Ad hunc locum LAMB: citat ex Gell. XVII. 2. LEG: XII. TAB. "Post meridiem præsenti litem addicito, *Sol occasus* suprema tempestas esto." Et Varr. Lib. VI. L. L.

— Venias advorsum.] *Come for me.* Infra 350. 367. Asin. 277. "*Ibo advorsum.*" &c. Ter. Ad. I. I. 2. "Neque servolorum quisquam, qui *advorsum ierant.*" In quem locum RUHNK. et DON. "*Adversum ire* non solum est obviam ire, sed etiam ire aliquem quæsitum constituto tempore et loco. In primis de servis dicitur, qui veniunt ut dominos domum ducant. Ejusmodi servi proprio nomine *Adversitores* vocabantur."

344. Mihi dolebit.] *I shall be the sufferer.* Hoc sensu præcipue verbum *dolet* cum dativo construitur. Ter. Eun. I. II. 13. "Ut *tibi doleret* itidem, ut *mihi dolet.*" Mart. Ep. I. 14. "Hoc *mihi*, Pæte, *dolet.*" Noster Cist. 66. "Hoc *huic* dolet." &c.

345. Inscita.] *A simpleton.* Infra 348. Quæ nil sciat.

347. Ducit.] *Has in tow.* Metaphorice. Confer Shaksp. *Ant. and Cleop.* Act. III. Sc. IX. "My heart was to thy rudder tied by the strings, And thou *should'st tow me after.*"

347. Lembulum.] *The cock-boat.* Dimin: a *lembus,* navigii genus minutissimum. Merc. 190. "*Lembo* advehitur tuos pater *pauxillulo.*"

— Dierectum.] *To certain ruin.* Id. qu. In malam crucem, exitium, perniciem. Varie hanc vocem derivant Etymoll: quorum optimi sunt qui, quasi *Sub dio erectum,* (i.e. in cruce,) explicant. Alii, quia *primam* syll. corripit, ad Græcum διάῤῥηκτος (*disruptus*) referunt. [Curcul. 237. "Lien *dierectus* est." Ubi nonnulli legunt, ex interpretatione, ut videtur, *disruptus.*] Sæpissime apud Nostrum occurrit. Bacch. 546. "Recedin' hinc *dierecte?*" Capt. 557. "I *dierectum,* cor meum, ac suspende te." Cas. 15. "Abi rus, abi *dierectus.*" Merc. 180. Pœnul. 32. 216. &c.

348. Inscitus.] Supra 345. Et confer Cistell. 401. "*Non sum scitior,* quæ hos rogem." Ter. Hec. IV. I. 49. "Sed ego stultior, meis dictis parere hanc qui postulem."

349. Dicto audientem.] *Obedient to his orders.* Pers. 397. "*Dicto* sum *audiens.*" Amph. 824. "Sum Jovis *dicto audiens.*" &c.

350. Temperi.] *In good time.* In tempore. Infra 367. Antique dicebant, Tempus tem*peris;* ut Pignus pign*eris;* Opus op*eris;* Fœnus, fœn*eris.* Videsis Ruperti ad Juv. Sat. IX. 141. "*Pigneribus* positis." Noster Pers. 759. Tox. "Temperi. SA. Mi istuc *temperi* sero est." Trin. 873. "*Temperi* hodie anteveni." &c.

351. Interea loci.] *During all that time.* Ter. Eun. II. II. 24. "Dum loquimur, *interea loci* ad macellum advenimus."

352. Facinus.] *Crime.* Dictum joci causa.

353. Inmersi me.] *Thrust myself into.* Significatione translata. Infra 605.

354. Hieto.] *Am staring about; (with my mouth open.)* "Priscum verbum," ait Palmerius, "et ad hunc locum unicum." Citat autem Cæcil: "Sequere me tu, qui mihi oscitans, *hietansque* restas." Et Laber: "*Hietantur* fores;" (pro *hietant;* i.e. patent.) Glossar: Benedicti, Χασμῶμαι, Oscitor, *hieto*.

— Se subterduxit.] *Withdrew himself unnoticed; secretly*. Clam abstulit se.

356. Qui.] *Would that!* Infra 828. Imprecatio frequentissima apud Comicos, et valet *utinam:* Nam in re simili habet Ter. Eun. II. III. 11. "*Ut* illum di deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est." Citat GRONOV: Cas. 165. "*Qui* illum di omnis deæque perdant." Persa 774. "*Qui* illum Persam di omnis perdant." Trin. 885. "*Qui* istum di perdant." Addas, Ter. Phorm. I. II. 73. "*Qui* illum di omnes perduint." Cic. Att. IV. 7. "*Qui* illi dii irati (sint)."

— Conmentus est.] *Devised; contrived.* A *comminiscor.*

357. Qui.] *Whereby.* Nempe *concione habenda.* Supra 219.

358. Delegi.] *Be chosen; selected.* Deligi.

359. Eloco.] *Directly; on the spot.* Illico; *e loco.*

360. Adfatim hominum.] *Plenty of persons.* Rud. 1088. "Argenti et auri *largiter.*" (Pro, Multum auri et argenti.)

365. Reliquiarum.] Vide Supra 66.

366. Cum corona.] Coronatus. Nam potantes coronas in capite gestabant; ut notavit LAMB: citans Amph. 834. "Capiam *coronam* mi in caput; me adsimulabo esse ebrium." Lucret. III. 925. "Ubi discubuere, tenentque Pocula sæpe homines, et inumbrant ora *coronis.*" Hor. Sat. II. III. 255. "Potus ut ille Dicitur ex collo furtim carpsisse *coronas.*" Adde Od. I. VII. 22. "Uda

Lyæo Tempora populea fertur vinxisse *corona*." Ib. XVII. 27. et XXXVIII. *init.* Unde, ut et Infra 534, apparet has coronas ex *floribus* plerumque factas esse.

367. Temperi.] Supra 350. Aul. 405. (Ubi, ut hoc loco, *ironice* dictum est.) Ov. Met. IV. 198. "Modo surgis Eoo *Temperius* cœlo." i. e. maturius; (*too soon.*)

368. Potin' ut.] *Can't you?* Locutio Comica; et valet, *Potisne es ut quiescas,* i. e. Potesne quiescere? nam *possum* nihil est aliud quam *potis sum*; *potes, potest,* potis *es, est.* &c. Trucul. 853. "*Potin', ut* mihi molestus ne sis?" Merc. 325. "Quomodo *potis siem.*" (i. e. possim). Ter. Andr. II. vi. 6. "*Potin' es* mihi verum dicere?" (potesne?) Eun. I. ii. 21. "*Potin' est* hic tacere?"

369. Lepide concinnatam.] *Nicely trimmed.* Supra 26.

378. Scortum adcubui.] Infra 1039. Constructio eadem quæ, Aulul. 36. "Propinqua partitudo *quam adpetit.*" &c.

379. Heres.] *The possessor; owner.* Festus, "*Heres* apud antiquos pro *domino* ponebatur." Citat Facc: Justin: Inst. Lib. II. Tit. 19. *in fin.* "Pro *herede* gerere, est *pro domino* gerere: Veteres enim hæredes pro dominis appellabant." Adde ex Lamb: Bacch. 805. "*Exheredem* fecero vitæ suæ." Most. 228. "Utinam meus nunc mortuos pater ad me nuntietur; Ut ego *exheredem* meis bonis me faciam atque hæc sit *heres.*"

380. Clanculum.] Dimin: a *clam.* Infra 432. &c.

381. Satin'.] Supra 100. Cum indignatione dictum.

— Parti.] Antiq. abl. Vide Supra 310.

387. Bene fui.] *So well off; fared* so *well.* Subaud: *tam.* Vide Supra 169. Formula est pro *Laute acceptus sum.* Ut Pers. Sat. IV. 30. "Ingemit, hôc *bene sit.*" Ubi citat Kœn: Hor. Sat. II. vi. 4. "*Bene est!* nihil amplius oro." Ov. Fast. IV. 399.

"*Bene erat* jam glande reperta." Adde Hor. Sat. II. II. 120. "*Bene erat*, non piscibus urbe petitis, Sed pullo atque hœdo." Petron. Sat. XXXV. "Ergo vivamus, dum licet *esse bene*." Et XCII. "Oportet hodie *bene sit*." &c.

388. Turbare.] Turbas ciere; absolute dictum. Cic. Qu. Frat. III. 1. "Ne quid ille *turbet*." Ter. Andr. IV. I. 40. *Interturbat*. (h. e. in media re turbas excitavit.) et V. IV. 23. "Itane *obturbat*?"

— Gestio.] *I long*. Valde cupio. Vox in primis Comica. Amph. 167. "*Gestiunt* pugni mei." (My fists itch to be at him.) &c.

391. Flagitium hominis.] *Unprincipled fellow*. Pro *Flagitiose*. Infra 611. Cas. 436. Sic Ter. Andr. III. v. 1. "Ubi illic est *scelus*?" Pro, Ille *scelestus*; (That scoundrel.) &c. Simile est Homericum 'Ελεγχέες, Il. IV. 242. Schol: 'Επονείδιστοι.

— Minumi preti.] *Worthless*. Nequam. Asin. 832. "*Minumi* mortalem *preti*." Opponitur, *Quantivis preti*, Ter. Andr. V. II. 15. Et, *Maxumi preti*, Ad. V. IV. 3.

392. Qua causa.] Id. qu. *Ob quam causam*. Sic *Qua mercede*, Virg. G. IV. 150. *Qua gratia*, Supra 74. &c.

395. Heres.] Vide Nott: Bothe confert Curc. 126. "Nam tibi vinum danunt: mi haut eveniunt sæpe tales *hereditates*."

404. Odiosus.] *Troublesome*. Vide in v. 230.

406. Quod sciam.] Supra 212.

413. Occisa est hæc res!] *It is all over with this matter*. Conclamatum est. Dictum de re prorsus desperata. Capt. 466. "*Occisa est hæc res*, nisi reperio aliquam astutiam." Pseud. 415. &c. Simile est, *Periit hoc negotium!* et, Ter. Heaut. III. III. 3. "*Acta hæc res est*: perii!"

421. **Recident.]** *Recoil; fall back.* *Re* et *cado.*

423. **Quid hoc negoti?]** Formula admirantis. Infra 508. 511.

424. **Concrepuit ostium.]** Supra 262.

425. **Amare te.]** *Begs you.* Supra 291. Infra 441.

426. **Una opera.]** *By one, and the same, trouble.* Infra 696. Cas. 194. "*Una opera* in furnum calidum condito." &c.

— **Ad aurificem.]** *To the goldsmith's.* Vide in v. 332.

427. **Pondo.]** *In weight.* "Indecl. subst. Videtur esse ablat. ab obsoleto *pondus, pondi:*" Facc. Rud. 815. "Neque ullam unciam *pondo* cepi." Truc. 874. "Plus decem *pondo* auri." &c.

— **Unciam.]** *An ounce.* Duodecima pars assis.

428. **Spinther.]** *A clasp;* (worn on the top of the left arm, by women only.) Paulus in Festum, "*Spinther* erat armillæ genus, quo mulieres utebantur *brachio summo sinistro.*" Et sic distinguitur ab *armillis,* [Infra 437.] quæ in utroque brachio gestabantur. Pitisc. Lex. Antiqu. "Quale fuerit *spinther* ignoramus; nisi utriusque sexus sint *armillæ, spinther* sinistri tantum feminarum."

432. **Armario.]** *Wardrobe.* H. l. est, Locus in quo vestes, et cætera ornamenta muliebria reponuntur. Aliis usibus alibi inservit. Capt. 851. "Cellas refregit omnis, reclusitque *armarium.*" (Pantry; store-room.) Epid. 299. "Ex obsignato *armario* Decutio argenti tantum." (Bureau.) &c.

437. **Armillæ.]** *Bracelets.* Vide in v. 428. Dictum, ait Festus, ab *armo,* quo nomine olim humerus cum brachio designabatur; erantque *Armillæ,* arma inde dependentia. Pitisc. Lex. Antiqu. "Exornabant utrumque brachium. Unde aliquando *dextræ* et *sinistræ* appellantur. Gestabant cum viri tum mulieres." Ov. Fast. II.

323. "Fregerat *armillas* non illa ad brachia factas." (Ubi Hercules puellæ cultibus instruitur.) Liv. X. 44. "Equites *armillis* argenteis donat." (Ubi virorum sunt insignia.)

441. Inauris.] *Ear-rings.* 'Ελλόβια. Ornamenta quæ ex auribus perforatis dependent.

442. Duom numum.] H. e. *duorum nummorum* pretio. De *numo*, Vide in v. 136.

— Stalagmia.] *Drops; pendants.* Græca vox, a σταλάσσω *stillo*, nam hoc genus inaurium ex baccis oblongis erat, quæ minuto annulo infixæ ex auribus pensiles suspendebantur. Notat Lamb: "*Stalagmia* per appositionem eodem casu quo *inaures* legendum esse: nam *inaures* latius patere quam *stalagmia;* hanc nempe esse speciem seu partem, illud autem genus."

444. Manupretium.] Varro. Lib. IV. L. L. c. 36. "Quod *manu factum* erat, et *datum pro eo, manupretium,* (a manibus et pretio,) dictum erat." H. l. *posterior* tantum significatio locum habet.

445. Sodes.] *If you please. Si audes;* Supra 73.

446. Abs te.] De tua pecunia; ut Supra 206.

449. Quantum possit.] Supra 340.

— Qui liceant.] Vide Nott. Sic Infra 1054. "*Quiqui licebunt.*" Cic. Att. XII. 23. *med.* "De Drusi hortis, *quanti licuisse,* tu scribis." (At what price they are valued.) *Licetur* enim emptor, seu *licitator; (bids;) Licet* emptum; (*is valued.*) Hor. Sat. I. vi. 13. "Unius assis Non unquam pretio pluris *licuisse.*" (Was deemed worth.) &c.

454. Fer pedem.] *Step forward.* Citat Lamb: Virg. G. I. ii. "*Ferte* simul Faunique *pedem.*" Hor. Od. II. xii. 17. "Quam nec *ferre pedem* dedecuit choris."

454. Confer gradum.] *Mend your pace.* Festina. Pseud. 709. "*Confer gradum* contra pariter." &c.

455. Abiciam.] Pro vulg. *abjiciam.*

458. Danunt.] Vett. pro *dant.* Curc. 125. "Vinum *danunt* potantes." Merc. 222. "Somnia in somnis *danunt.*" Truc. 344. "*Dane* savium." &c.

460. Conpilet.] *Steals.* Furetur. Hor. Sat. I. I. 78. "Ne te *compilent* fugientes." Ib. 120. "Ne me Crispini scrinia *Compilasse* putes." "A πιλοῦν *stipare:* quia fures stipant ea quæ furentur." Facc. Infra 642. *Suppilas.* qu. vid.

462. Manufesto.] Infra 494. Trin. 873. "Teneor *manufesto* miser!" Et hinc adjectiv. Ib. 857. "Teneo hunc *manufestarium!*" Aul. 420. "Furem *manufestarium.*" (A thief *caught in the fact.*)

— Opprimes.] Deprehendes. καταφωράσεις.

466. Persequi.] *To trace him.* H. l. Investigare. Ut Cist. 182. "Jubet illum *persequi,* si qua queat reperire."

467. Optume.] *Most seasonably; in good time.* Amph. 179. "*Optume,* eccum, incedit ad me." Ter. Heaut. V. v. 2. "*Optume* ipsos video." (Opportunely.)

469. Male habeas.] *Abuse him; give him a warm reception.* Pro, *male excipias;* cum maledictis. Ter. Andr. V. IV. 37. "Unus scrupulus restat, qui me *male habet.*" (Vexes me.)

470. Aucupa.] *Watch his motions.* Metaph. ab *aucupe,* (a fowler.) Nam *aucupare* est proprie, *aves capere;* utque, quorum hoc est negotium, attentius aves observant, sic translate refertur ad eos qui rei alicui diligentius oculos et mentem simul intendant.

471. Ut.] *How*. H. l. pro *quam*.

— More moro.] *Absurd custom*. A Græco μωρός. Mil. 668. "*Morus* es." Pœn. 248. "*Mores moros* et malos." Trin. 636. "Mores hominum *moros* et morosos."

472. Atque.] *And yet*. Vid. in Prol. 7.

— Optumi maxumi.] De scriptura horum verborum, ait Quinct. Inst. I. vii. "*Optimus, Maximus*, ut mediam *i* literam, quæ veteribus *u* fuerat, acciperent, C. primum Cæsaris inscriptione traditur factum."

475. Quæritant.] *Take the trouble to inquire*. Prol. 71.

476. Clueat.] *Clueo*, antiquum verbum pro *audio*, a κλύω. Lucr. I. 120. "Per genteis Italas quæ clara *clueret*." Ibid. 450. 481. Et passim. Infra 754. Epid. 180. "Senati qui columen *cluent*." Bacch. 881. "Atridæ *cluent* fecisse facinus maxumum."

477. Nequam.] *Worthless; good for naught*. Supra 7. Varro Lib. ix. L. L. sub fin. "Ut ex *non* et *volo, nolo;* sic ex *ne* et *quidquam*, media extrita syllaba, coactum est *nequam*. Itaque, ut eum quem putamus esse *non hili*, dicimus *nihili;* sic in quo putamus esse *ne quidquam*, dicimus *nequam*."

478. Frugi.] *An honest fellow*. Omnibus numeris et casibus jungitur. H. l. opponitur τῷ *Nequam*. Asin. 835. "Antehac hominem sum *frugi* ratus." Aul. 539. "Hoc est servi facinus *frugi*." Curc. 516. "Fac *bonæ frugi* sies!" Pseud. 330. "Numquam eris *frugi bonæ*." Cic. Att. IV. 8. "Satis acutus, ac *bonæ frugi*." &c.

480. Sollicitos habent.] *Plague; give trouble to*. Infra 488. Pro *sollicitant;* qua voce usus est Juv. (de eadem re agens,) Sat. XVI. 28. "Se excusaturos non *sollicitemus* amicos." (Nempe ut nobis in judicio adsint.) Ter. Heaut. III. i. 52. "Omnes *sollicitos habui*."

487. In jure.] *Before the Prætor.* Apud Prætorem, [Curcul. 675.] pro tribunali. "Nam Paulus JCtus ait, *Jus dici locum, in quo jus redditur.*" GRONOV. Lect. Plaut. Unde phrases illæ, Rud. 768. "*In Jure* causam dicito; Sequere." Id. Prol. 14. "*In jure* abjurant." Ter. Phorm. V. VII. 88. "*In Jus* eamus." Ubi DONAT: "*Ad Prætoris* sellam; modo enim *locum* significat."

— Ad judicem.] *Commissary.* "Vel a Prætore datum, ut sunt *Recuperatores,* (Judges delegate:) vel a litigatoribus captum, ut *Arbitrum,* (Arbitrator.)" LAMB.

488. Sollicitum habuit.] Supra 480. Ita Cic. Att. XVI. 1. "Mare *infestum habere.*" i. e. *infestare.*

491. Conditiones.] *Terms of compromise.* GRON: Lect. Plaut. "*Ferre conditiones,* est proponere formulam transactionis, qua controversia aut res litigiosa componatur. Cic. Phil. XIII. 17. "Me præcipitem egerit æquissimas *conditiones ferentem.*" Liv. XXXVII. 1. "Duæ *conditiones* eis *latæ sunt*..." &c."

— Tetuli.] Supra 290.

— Tortas.] *Complicated; perplexed.* Implicatas, involutas, impeditas. Quas Theophrastus [in Cap. ΠΕΡΙ ΕΙΡΩΝΕΙΑΣ.] "Πλοκὰς καὶ παλιλλογίας," vocat. Æsch. Suppl. 617. Εὐπειθεῖς στροφάς. Citat. LAMB: Ter. Phorm. II. III. 27. "Legum *contortor.*" i. e. Qui leges non ex æquo bono, neque vere et recte, sed per malitiam et calumniam falso et perverse interpretatur.

— Confragosas.] *Knotty; intricate.* Proprie, quod est *contrarium plano;* saxis et salebris impeditum, asperum, atque abruptum. Liv. XXVIII. 2. "*Confragosa* loca, et obsita virgultis." XXXII. 4. "*Confragosa* loca, implicatasque flexibus vallium vias." Translate, quod est omnino *perplexum.* Quinct. Inst I. Cap. I. *fin.* "Versus affectatæ difficultatis, et velut *confragosos.*" Noster Cist. 337. "Illuc quæso *confragosum:*" (unintelligible.)

493. Ut ne.] Amph. Prol. 127. "*Ut ne*, qui essem, quærerent." Ter. Eun. V. IV. 20. "*Ut ne* inpune nos inluseris." &c.

— Sponsio.] Ἐγγύη. 'An engagement in law, by which each party bound himself to forfeit a certain sum to the other, in case he failed to make good his cause.' Ita vox dicta, quia *spondebat* uterque litigator, datis prædibus, se, nisi causam suam probaverit, certam pecuniam adversario persoluturum. Hinc *sponsionem facere*, *vincere*, &c. Plura Vide apud Ernest. Clav. Cic. in voc. *Sponsio*.

— Prædem.] *A surety; bondsman.* Ἔγγυος. Ita dictus, quia *præsens* est. "Differt a *Vade;* Nam *Vas* est qui in re capitali pro alio spondet: *Præs*, qui in re nummaria." AUSON. cit. ap. FACC.

495. Acerrumi.] *Keen.* Infestissimi. Cic. Att. IV. 3. [Cit. ap. Nott. v. 492.] "Egregius Marcellinus, *omnes acres*."

496. Conrupit diem.] *Cut up my day.* Citat LAMB: Asin. 273. "Quin ego hanc jubeo tacere, quæ loquens *lacerat diem?*"

497. Meque adeo.] *And me too.* Vide Prol. 21. Infra 728.

500. Eloco.] *Illico.* Supra 359.

505. Bene siet.] Vide Supra 387.

506. Fœnerato.] *With interest.* Asin. 876. "*Fœnerato* hæc funditat: nam si domum redierit hodie, osculando *ulciscar* potissumum." Ter. Phorm. III. II. 8. "*Fœneratum* istuc beneficium tibi pulcre dices." Ubi Interpp. "Dices hoc beneficium a te *in fœnere positum esse.* Fateberis te pro hoc beneficio longe majus accepisse." Et citant Cic. de Amic. c. 9. "Neque beneficium *fœneramur*." Vide et Adelph. II. II. 10. "Ne non tibi *fœneraret*."

— Sic datur.] Infra 530. "Sermo castigantis et pœnas sumentis;" PAR: qui citat Pseud. 151. "Hem, *sic datur*, si quis herum servus spernit." Truc. 594. "Hem, *sic datur!*" Ter.

Phorm. V. VIII. 38. "*Sic dabo!* (Thus I'll pay him off!) age nunc Phormionem qui volet lacessito!" (Now let any one provoke Phormio if he dare.) Adde Nost. Pœn. 1142. "*Sic dedero!* ære militari tetigero lenunculum!" Quidnam autem sit *æs militare*, facile vel ex Juvenale Sat. XVI. intelligatur.

507. Flagitia.] *Enormities.* Hoc loco, proprio sensu, facinora impura ac libidinosa respicit; ut Infra 621. sqq.

— Potesse.] *Posse;* quasi *potem esse.* Supra 368. Adde Ter. Eun. I. II. 33. "Neque per ætatem *potis erat.*" II. II. 32. "Si *potis est.*" Heaut. II. II. 80. "Neque ferri *potis es.*" &c.

509. Palpationes.] Vide Nott. *Palpare*, prima significatione, est leviter et blande contrectare; ψηλαφᾷν. Ov. Met. II. 866. "Modo pectora præbet Virginea *palpanda* manu." (Ubi alii ex glossem: *plaudenda;* 'To be patted.') Hor. Sat. II. I. 20. "Cui male si *palpere*, recalcitrat undique tutus." (Ubi translate sumitur ab equo mulcendo, et *manibus tractando.*) Vide Supra 177.

510. Tristis.] *Displeased.* Infra 524.

— Malus.] Dolosus. Æn. I. 352. "Multa *malus* simulans."

511. Quidam.] Infra 552. Notabile est exemplum hujus locutionis in Cist. 460. *sqq.* L. "Est *quidam* homo, qui ait se scire, ubi sit. H. At ille ad *quandam* mulierem, si eam monstret, gratiam ineat."...et sqq. Ter. Eun. III. II. 30. "Quod *quidam* facit." &c.

513. Comessis.] *Comederis.* Vide Supra 323.

515. Nicto.] *Wink.* Nonius Cap. V. 71. "Inter *nutare*, et *annuere*, et *nictare*, Veteres hoc interesse voluerunt: ut *nutare* capitis; *annuere*, vel *innuere*, narium vel labiorum; *nictare* oculorum significantiam esse decreverint." Et citat Asin. 760. "Neque illa ulli homini nutet, *nictet*, adnuat."

516. Mi expedi.] *Tell me.* Ter. Eun. IV. IV. 27. "Agedum, hoc *mi expedi* primum." Et V. v. 20. "Sed istuc quicquid est, primum *expedi.*" Vide Supra 96.

523. Responsant.] Vide Nott. Citant LAMB: et GRON: Hor. Sat. II. VII. 85. "*Responsare* cupidinibus." et 103. "Cœnis *responsat* opimis." Epist. I. I. 68. "Fortunæ *responsare* superbæ." Addas, Sat. II. IV. 18. "Ne gallina malum *responset* dura palato."

— Eloquere.] *Speak out.* Quæ est vis præpositionis. Sic Infra 544. *Edictavi.* 637. *Enarrabo.* &c.

525. Familiarium.] *Your servants.* Vid. Prol. 74. Dicti a *Familia,* quæ (ut ait Cic. pro Cæcin. 19.) constat ex servis pluribus. " Hinc, permutata *i* cum *u* litera, *Famuli* appellati :" Festus. Amph. Prol. 127. "Ut ne, qui essem, *familiares* quærerent." &c.

528. Bellus.] *Kind man!* Sic Pœnul. 1190. "*Bellum* hominem, quem noveris!" (A fine fellow this!) Asin. 905. "*Bellum* filium! Nilne te pudet?"

532. Tetuli pedem.] Supra 290.

536. Aibas.] Vett. pro *aiebas.* Asin. 423. "*Aibat* reddere." &c. Ter. Andr. III. III. 2. "Ex te auditum qui *aibant.*" V. IV. 27. "Rhamnusium sese *aibat* esse." Sic *scibam,* pro *sciebam;* et simill.

544. Edictavi.] *I have told all.* Vide Supra 533.

545. Profiteri.] *To make an open avowal; to confess voluntarily.* Differt a *fateri:* Fatemur enim coacti; profitemur ultro. Cic. pro Cæcin. 9. "Ita libenter confitetur ut non solum *fateri,* sed etiam *profiteri* videatur." Id: pro C. Rabir. V. 17. "Quamobrem *fateor,* atque etiam *profiteor,* et præ me fero."

— Ades.] *Attend.* Merc. 558. "Ausculta, atque *ades.*"

548. **Captat.]** Hinc subst. *Captio.* Asin. 766. "Scio, *captiones* metuis." Epid. 288. "Nihil in ea re *captio* est." Ib: 686. &c.

555. **Noctuam.]** *An owl.* Ita nuncupata quia *noctu* volat. Differre aiunt a *bubone,* (the horned owl,) quod careat pennis in capite auriculas referentibus. Hæc avis *tutubare* (to hoot) dicitur; unde apud Hesych: Τυτὼ appellatur. Sic *Upupa* ἀπὸ τοῦ Πο̃υ Πο̃υ dicta est. GRÆV.

558. **Imo.]** *Nay rather.* Græce, Μὲν οὖν. Infra 580.

559. **Condonavi.]** *Dono donavi.* Rud. 1273. "Mihi triobolum ob eam ne duis: *condono* te." Ter. Phorm. V. VII. 54. "Argentum quod habes *condonamus* te."

— **Sic.]** Vide Nott. Similiter Hom. IL. III. 220. Ἄφρονά θ' αὔτως. (De Ulysse.) Ubi Heynius, "Αὔτως, *Ita,* adjectum δεικτικῶς, cum gestu."

— **Utendam dedi.]** *Lent her it.* *Usui,* (non dono,) *dedi.* Asin. 425. "Scyphos, quos *utendos dedi* Philodamo." Aul. 57. "Quæ *utenda* vasa semper vicini rogant;" (are always asking *the loan of.*) Et 263. "Famem hercle *utendam* nunquam *dabit.*" Rud. 506. "Scalas ut *darem utendas* sibi." &c. Plutarch. De Lucullo. "Multos libros conquisivit: eosque *utendos dedit.*"

560. **Chlamydem.]** *Cloak.* Proprie militum gestamen; quo sensu Noster Curc. 605. Epid. 422. &c. Pers. Sat. V. 46. "Jam *chlamydes* regum." Et passim alibi. Sed aliis quoque usibus inserviit; et quidem *feminis* nonnunquam gestabatur; Æn. IV. 137. "Sidoniam picto *chlamydem* circumdata limbo." Et *pueris;* Æn. III. 484. "Phrygiam Ascanio *chlamydem.*"

563. **Ex re tua feceris.]** *You had best do so.* Frequens apud Comicos phrasis. Pseud. 329. "*Ex tua re* non est, ut ego ecmoriar." Cic. Att. V. 8. "Ut *ex* fide, *reque mea* videbitur."

565. Operam dedi.] Infra 997. Vide Nott.

573. Ab se,—Apud se.] De his formulis, Supra 32. 218.

575. Redimam.] Invicem emam. Citat FACC: Plin. Lib. VI. 28. *sub fin.* "Vendentibus quæ e mari aut silvis capiunt, nihil invicem *redimentibus.*"

576. Aperite aliquis.] Constructio haud rara apud Comicos. Epid. 390. "*Exite* huc *aliquis!*" Merc. 129. "*Aperite aliquis!*" 896. "Heus, *aliquis* actutum huc foras *exite!* illinc pallium mi *ecferte!*" Ter. Adelph. IV. IV. 27. "Heus, heus; *aperite aliquis* actutum ostium." &c.

577. Ætati tuæ.] Pro *tibi.* Capt. 818. "Væ *ætati tuæ!*"

579. Volup.] Indecl. et *volupe,* [quod passim apud Nostrum occurrit, et Ter. Hec. V. IV. 17. Phorm. IV. III. 5.] Vett: pro *voluptas.* Citat Nonius, Cap. II. 905, Nost: Asin. 916. "Suo animo fecit *volup.*" Adde Cas. 631. "Facite vostro animo *volup.*" Most. 148. "Victitabam *volup.*" &c.

581. Rescivit.] *Has got to know it all.* Infra 590. 709. Gell. II. XIX. "Qui factum aliquod occultius aut inopinatum insperatumque cognoscit, is dicitur proprie *rescire.*" Et exempla adducit: quibus addas ex Nostro, Aul. 724. Cist. 101. Merc. 106. &c. Ter: quater in Andria, in reliquis fabulis bis terve, *et semper hoc sensu,* usus est. In primis igitur verbum est Comicum: usurpaverunt tamen alii, quanquam parcius. E. g. Ov. Met. II. 424. "Aut si *rescierit;* sunt O! sunt jurgia tanti?" De Jovis adulterio.

— Ordine.] *From beginning to end;* (in every particular.) Virg. Æn. III. 179. "Remque *ordine* pando."

587. Postilla.] *Since then.* Supra 256.

588. Defrudes.] *Defraud me of.* A *fraudo:* ut *occludo* a claudo; et simill. Ter. Ad. II. II. 38. "Etiam *defrudet?*" &c.

— **Adfectas viam.]** *Are aiming at.* Ter. Heaut. II. III. 61. "*Ad* dominas qui *adfectant viam.*" Phorm. V. VII. 71. Virg. G. IV. 562. "*Viamque adfectat* Olympo." &c.

592. **Patiar!]** *Very well! Be it so.* Ἔιεν. Supra 572. *Patiundum.* Hodierni Itali: 'Pazienza!'

593. **In oculos.]** Vide Nott. Hinc quasi proverbium, *esse in oculis,* ortum est. Cic. Att. VI. 2. *med.* "Publicanis *in oculis* sumus." Ter. Eun. III. I. 2. "Rex te ergo *in oculis* gestare." Adelph. IV. v. 67. "Magis te quam *oculos* amo meos." Et V. VII. 5. "Te amat plus quam *hosce oculos.*" Noster Curc. 122. 201. &c. Ita Psalm. XVII. 8. Φύλαξόν με ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ. (Preserve me as the pupil of an eye.)

— **Conpingite.]** *Thrust; cram.* Arcte ac studiose pangite. Rud. 450. "Aurum atque argentum ubi omne *conpactum* fuit." (Carefully *packed* up.)

594. **Ne sis frustra.]** *Don't deceive yourself.* Mil. 1407. "Aliter hinc a nobis, *ne sis frustra*"... Persa 140. "Nunquam hic prius edes, *ne frustra sies.*" Rud. 869. "Dominus, *ne frustra sies.*" &c.

595. **Habes despicatui.]** *Hold up to derision.* Cic. pro Flacc. 65. "*Despicatui ducitur.*" Infra 597.

596. **Ductare.]** Nequitiæ vox. Pœnul. 738. "Neque triobolum ullum amicæ das, sed *ductas* gratiis." Asin. 148. "Qui modust *ductando,* amando?" &c. Ita [Cistell. 42—44,] *Nubere* dicitur, quæ meretricio quæstu victum quærit.

602. **Consulam.]** *Consulo,* sensu ξυμβουλεύεσθαι, cum duplici accusativo construitur. Cic. Att. VII. 20. "Nec *te id consulo.*" Ep. IV. ad Brut. "*Quod me* de Antonio *consulis.*" &c.

605. **Inmersit.]** Supra 353.

— **Ganeum.]** *A brothel.* Hinc dictus *ganeo,* (a debauchee.) Festus, "*Ganeum* antiqui locum abditum, ac velut *sub terra,* (ὑπὸ γᾶν,) dixerunt." Ter. Ad. III. iii. 5. "Credo abductum in *ganeum* aliquo."

606. **Provisam.]** *I will look out.* Ter. Andr. V. v. 1. "*Proviso,* quid agat Pamphilus." Ad. V. vi. 1. "Huc ad hos *proviso.*" Ubi Donat: "*Proviso* duas res significat: procedo et video."

608. **Demiror.]** *I* much *wonder.* Valde admiror. De vi particulæ, Vide Supra in v. 2.

609. **Meret.]** Frequentius *Meretur.* Supra 271.

611. **Flagitium hominis.]** *Vile man.* Supra 391.

— **Cum istoc ornatu.]** *In this dress.* Supra 70.

613. **Muttire.]** Hinc Anglice, *Mutter.* Γρύζειν. Pers. Sat. I. 119. "Men' *muttire* nefas?" (Mayn't I *utter a syllable?*) H. e. Ne *mu* quidem audeam proferre? Curc. 94. "Num *muttit* cardo?" Persa 814. "*Etiam muttis* inpudens?"

— **Verbum unum.]** Vide Supra 77. Gloss.

614. **Admisi, &c.]** Plene Ter. Ad. IV. v. 48. "Me *hoc delictum* admisisse in me." Phorm. II. iii. 40. "*Culpam in se* admiserit." III. ii. 68. "Quid *turpe in sese* admitteret." Hor. Ep. I. xvi. 53. "Tu *nihil admittes in te* formidine pœnæ."

615. **Hominis inpudentem audaciam!]** Pro *Homo impudens* et *audacissime.* Ter. Heaut. II. iii. 72. "*O hominis inpudentem audaciam!*" Phædr. Fab. XIII. 12. "*Corvi stupor;*" (pro, Stupidus corvus.) &c.

616. **Hecubam.]** Vide Nott. et confer Ov. Met. XIII. 566—571. Ubi alia causa redditur cur in canem versa sit Hecuba. Eur. Hec. 1247. Κύων γενήσει πύρσ' ἔχουσα δέργματα.

617. **Prædicabant.]** *Gave out.* Supra 320.

620. **Canes.]** Vett. pro *canis.* Ut *feles,* (pro *felis,*) Phædr. Fab. II. IV. 2.

621. **Perpeti.]** *Endure any longer.* Nam *perpeti* est, *durare in patiendo.* Vide Supra 322.

622. **Ætatem.]** *All my life.* Sensu apud Nostrum haud raro. Curc. 549. "*Ægrota,* si vis, per me *ætatem* quidem." (*All your life,* for what I care.) Amph. 858. "Vivas *ætatem* miser." Ter. Hec. V. I. 2. "Neque ille hoc *ætatem* animo erit." (For ever.) Apud Græcos *αἰὼν* nonnunquam pro *vita* usurpatur; Hom. Il. V. 685. Ἔπειτά με καὶ λίποι αἰὼν ἐν πόλει ὑμετέρῃ.

— **Viduam.]** De hoc verbo Vide Supra 37.

— **Mavelim.]** Magis velim, *mallem. Malo* enim est id. qu. magis volo; *Mavult,* magis vult; &c.

626. **Narrent fabulas.]** *Tell such idle stories.* Infra 820. &c. Ter. Heaut. I. III. 10. "Haud scit, quam mihi nunc surdo *narret fabulam.*"

627. **Præterhac.]** *Any longer.* Supra 36.

628. **Perferam.]** Feram *perpetuo.* Vide in v. 621.

629. **Mea causa.]** Infra 927. Epid. 665. "Dum sine me quæras, *mea causa* quæras vel medio in mari." Rud. 57. "*Mea quidem hercle causa* salvos sis, licet."

636. **Arcessam.]** *Will send for.* Alii scribunt *accersam.* Funcc. Cap. VIII. §. VII. "*Arcesso* plerisque hodie *accerso* non satis accurate scribitur: est enim ab antiquo *arcio.* Imo volunt alii *accerso* differre ab *arcesso;* et hoc idem esse quod *arceo,* illud vero idem quod *advoco.*"

637. Enarrabo.] *Will tell* the whole. Vide Supra 523.

642. Suppilas.] *Filch; steal secretly.* Asin 791. "*Suppiles* clam uxorem tuam." Truc. 532. "Subfuror, *Suppilo.*" &c. Nonius a *pilorum* jactu deducit. Lamb: a Græca voce Φιλητὴς, et mutata aspirata in tenuem, Πιλητὴς, quæ *furem* significat. Sed vide in *conpilo*, Supra 460.

643. Fabulor.] Pro *dico,* passim apud Nostrum. Hoc autem verbo fortasse usa est Mulier, ob vocem *fabulas,* Supra 626.

647. Simitu.] Vett. pro *simul.* Amph. 472. "Cum vino *simitu* ebibi imperium tuom." Merc. 117. "Tres *simitu* res agendæ sunt." Stich. 236. "Ut mecum *simitu* adires." Ibid. 380. 714. &c.

650. Calcha.] Pro *Calchante,* quod habet Virg. Æn. II. 100. "Donec *Calchante* ministro." Et v. 122. *Calchanta.* &c.

655. Ut.] Hoc sensu Infra 847. Et Ter. Heaut. I. ii. 38. "*Ut* tempus est diei, ne quo hinc abeas longius."

— Usus facto est.] *There is occasion for it.* Locutio frequens apud Comicos, aliosque: et valet id. qu. simpl. *usus est.* Ter. Heaut. I. i. 28. "Mihi sic *est usus.* Ch. An cuiquam *est usus* se ut cruciet?" Adelph. III. iii. 75. "Moneo quid *facto usus* sit." Hec. III. i. 47. "Non *usus facto est* mihi hunc intro sequi." &c. Cæs. B. G. IV. 2. "Ad quos se celeriter, quum *usus est,* recipiunt."

658. Pernicitas.] *Activity.* Pernix, a *per* et *nitor, nixus.*

— Consitus.] *Beset; overgrown.* Translatio, ait Lamb: ab agris semine aliquo *consitis.* Et citat Lucr. Lib. II. 211. "Sol lumine *conserit* arva." Catull. Epithal. Pel. et Thes. 207. "Cæca mentem caligine Theseus *consitus.*" Turneb: confert, Ter. Eun. II. ii. 5. "*Annis obsitum.*" Et Virg. Æn. VIII. 307. "Ibat rex *obsitus ævo.*"

660. **Ætas mala.]** Docet LAMB: ex Ennio, Veteres *ætatem malam* dixisse *senectutem*. Sed alio sensu Noster Aul. 4. "Ut te dignam, mala, *malam ætatem* exigas." (Spend a miserable life.)

— **Merx mala.]** *A wretched piece of goods; sorry cargo.* Cist. 452. "*Mala merx* et callida est." (Nos dicimus, *a baggage!*) Pers. 236. "*Merx* tu *mala* es." Aristoph. Sycophantam κακὸν φορτίον appellat.

— **Ergo.]** *To be sure; indeed.* Ἔργῳ. Revera.

662. **Autumem.]** *Detail; recount.* Commemorem. Prol. 8.

666. **Mihi certius facit.]** *Tells me; informs me.* Id. qu. Me de hac re certiorem facit.

671. **Abstinent culpa.]** *Are without fault.* Plerumque *se* additur post verbum *abstinent* hac significatione usurpatum, ut Cæs. B. G. VIII. 44. "*Se* cibo *abstinuit*." Aliter, et alio sensu, Infra 877. "Culp*am* abstineam."

674. **Nisi si.]** Supra 165.

675. **Eampse.]** Cistell. 169. "*Eampse* vos audistis confiterier." Aul. 768. "Credo *eampse* anum adiisse." Vide Nott.

679. **Salven' advenio?]** BOTHE confert Ter. Eun. V. v. 8. "*Satine salve?*" Ubi Interpp: "*Salve*, integre, recte, commode. Plautus in Trinum: 1138. "*Satine salve?* dic mihi."" Ita Stich. 8. "*Salvene*, amabo?" Apul. Met. I. "Quam *salve* agit Demeas noster?"

681. **Velitati.]** *Have had a skirmish of words.* Festus, "*Velitatio* dicta est, ultro citroque probrorum objectio, ab exemplo *velitaris* pugnæ." Asin. 289. *Verbivelitationem.* Græce λογομαχίαν. Rud. 429. "Equidem me ad *velitationem* exerceo: Nam omnia *corusca* præ tremore fabulor." Quidam volunt dictos esse *velites* a *volo*,

quia hinc illinc in pugna volant: sed quia vox primam syll. producit, alii fortasse rectius a *velis* seu *vexillis* deducunt.

682. Logos.] Nonius, Cap. I. 318. "*Logi*, a Græco λόγοι, sermones, vel dicta ridicula et contemnenda." Hoc sensu Noster Pers. 392. "Dabuntur dotis tibi sexcenti *logi*." Stich. 210. "*Logos* ridiculos vendo." Ter. Phorm. III. II. 8. "*Logi!* Fabulæ!" &c.

685. Ludibrio habeor.] *I am held up as a laughing-stock.* Supra 595.

686. Unde?] *By whom?* A quo. Hor. Od. I. XII. 17. "*Unde* nil majus generatur ipso." Et Sat. II. III. 238. "Tibi triplex, *Unde* uxor media currit de nocte vocata."

687. Ecce autem.] *See now!* Plerumque cum admiratione ut in re nec opinata. Ter. Eun. II. III. 6. "*Ecce autem* alterum!" Et notabile exemplum, Adelph. I. II. 73. "Sperabam, jam defervisse adulescentiam: Gaudebam. *Ecce autem* de integro!" Hec. III. v. 53. "*Ecce autem*, tu quoque iracundus es." Æn. II. 203. "*Ecce autem* gemini...." (When lo, horrible to tell....) Ibid: 318. 526. &c. Cic. Att. XIV. 12. init. "*Ecce autem* Antonius...finxit legem." (When behold...&c.) Supra 685.

— Quotiens.] Vide Supra 38.

689. Qui istuc cavere possum?] *How can I avoid it?* Supra 187.

690. Nisi nevis.] *If you please*; *unless you object.* Formula: qualia sunt, *si vis, si lubet, si placet*, &c. ut notat Bothe in Curc. 82. "Eine hic cum vino sinus fertur? Ph. *Nisi nevis.*" Infra 964. *Nisi piget.*

— Morem geras.] *Conform to.* Vide Supra 119. Ter. Eun. I. II. 108. "*Mos gerundust* Thaidi." Cic. Att. VIII. 10. "*Morem gessi*: dimisi a me." &c.

692. Ex proxumo.] *Hard by; over the way.*

693. Faxo.] *I'll promise you; I'll warrant.* Supra 37.

695. Malum.] Supra 299.

696. Ad cœnam ne promittat.] GRON. Lect. Plaut. "*Promittere ad cœnam,* significat promittere te alicui convivam fore, in cœna adfuturum." Et citat exempla ex Nostro, et Plin. Ep. I. 15. "Heus tu, *promittis ad cœnam,* nec venis?" Cic. Orat. II. 7. "Quod *ad fratrem promiserat.*" &c. Vide Supra 48.

697. Apud te.] *At your house.* Supra 218.

698. Pensum.] *A portion of wool;* (weighed out, and given to each servant to spin, as a day's labour.) Proprie de lanæ *penso* dicitur: dictum a *pendo,* quia quod datum est ancillis, (utpote vilioribus, neque satis frugi,) id, cum confectum fuerit, *rependere,* ne quid suppilaverint, mos fuit.

699. Carere.] *To card.* GRON. Lect. Plaut. "*Lanam carere,* significat purgare trahendo per pectinem, seu instrumentum stylis ferreis horrens, quod inde *carmen* dicitur. Lucr. IV. 377. "Quasi *carmine* lana trahatur." Est a κείρειν, *tondere,* Aor. 2. ἔκαρον." Hinc etiam *carduus,* (a teazle,) quia aptus sit *carendæ* lanæ. Observat BOXHORN: *Caritores,* in glossa Papiæ, dici *lanarios* qui lanam *carunt,* carpunt, dividunt.

704. Præhibet.] *Supplies; allows you.* Vett. pro *præbet.* Infra 873. Asin. 189. "Longe aliam mihi *præhibes.*" Merc. 533. "Ut *præhiberem* locum." Rud. 56. "Ut verba *præhibes.*" &c.

— Sanam.] *Discreet.* σώφρονα.

708. Insimules.] *Charge him; accuse.* Arguas; crimen ingeras. Ter. Phorm. III. II. 12. "Si herum *insimulabis* malitiæ." Ubi DONAT: "*Insimulatio* est et veri et falsi criminis incusatio."

709. **Rescivi.**] De hoc verbo Vide Supra 581.

710. **Scibo.**] *Sciam.* Supra 295.

716. **Dejerat.**] *Swears positively; protests.* Valde jurat. De vi particulæ *de,* Vide in v. 2.

726. **Hanc rem age.**] Phrasis est monentis ut attente quis præsenti negotio operam det: unde translate sumitur pro *ne ludas,* sed serio animum inclines. Contrarium est, *alias res agis.* Plurima utriusque locutionis exempla facile in mentem alicujus occurrent. Habe ex Nostro, Cist. 81. "*Hoc* volo *agatis.*" 444. "Mi homo, *alias res* geris. L. *Istuc ago.*" 472. "Ambages mitte, atque *hoc age.*" Juv. Sat. VII. 20. "*Hoc agite,* O Juvenes." Ter. Heaut. IV. I. 16. "Loquere: audio. S. At jam *hoc non ages.* C. *Agam.*"

729. **Colos.**] Antiquitus pro *color.* Quinct. Inst. I. 4. *med.* "Ut *Valesii* et *Fusii* in *Valerios Furiosque* venerunt: ita *arbos, labos, vapos,* et *clamos,* ætatis fuerunt." Sic *Lepos,* et *Lepor; Amos* etiam, pro *Amor,* Curc. 97. &c.

731. **Ultro.**] Sic Ter. Ad. IV. III. 4. "Sibi fieri injuriam *ultro,* si, quam fecere ipsi, expostules." Vide Supra 272.

732. **Pandiculans.**] *Stretching himself.* Paulus in Festum, "*Pandiculari* dicuntur, qui toto corpore oscitantes extenduntur: eo quod *pandi* fiunt." Græce σκορδινᾶσθαι.

— **Oscitatur.**] *He yawns.* χασμᾶται. *Oscitatio* est oris citatio et diductio. TAUB.

746. **Turbarum.**] *Disturbance.* Vide Supra 388. Ter. Eun. IV. VI. 30. "Si quicquam hodie hic *turbæ* cœperis."

750. **Quantum potest.**] Supra 340.

755. **Artua.**] *Joints.* Ab obsoleto nominat: *artu.* Unde *deartuare,* Nost. Capt. 567. 598.

756. Conminuam.] ***Break in pieces.*** Verbo hoc usus est Phædr. Fab. II. VI. 13. (De testudinis cortice ab aquila in scopulum allisa.) Nost. Rud. 1019. "Ego tibi *conminuam* caput."

— Scipione.] ***Staff.*** σκίπων. Baculus, cui senes innitentes incedunt. Facc. Confer Persa. 804. "Cave sis me attingas: ne tibi *hoc scipione* malum dem magnum!"

— Malum.] Supra 166. Phædr. Fab. V. 10. "*Malo* afficietur si quis quartam tetigerit."

759. Dedolabo.] Vide in Nott. Metaphorice usurpavit Hor. Sat. I. v. 23. "Lumbosque saligno Fuste *dolat.*" i. e. cædit, percutit.

— Assulatim.] ***Piecemeal; to atoms.*** Ab *assula*, (a chip,) segmentum e ligno dolato.

764. Edentulum.] ***Toothless.*** Dentibus carentem. Sic Cas. 434. "Propter operam illius hirci, improbi, *edentuli.*" Most. 269. "Vetulæ, *edentulæ*, quæ vitia corporis fuco obculunt." Translate, de *vino vetustissimo*, Pœnul. 569.

765. Stimulum.] Observat Lamb: hanc vocem Vett. in masculino, et neutro genere, dixisse. Ita *nasus*, et *nasum*, Supra 90.

— In manum est.] Vide Nott. Sic Amph. 545. "Qui istuc *in mentem est* tibi?" Curc. 352. "Talos poscit sibi *in manum.*" Æn. VI. 395. "*In vincla* petivit." Plura confert Bothe in loc. cit. Amph.

768. Denuo.] ***Again.*** Adv: quasi *de novo.*

771. Tuom dictum Apollinis.] Eadem constructio quæ Cic. Phil. II. "Tuum hominis simplicis pectus." Et in Manil. "Tuum gravissimi viri judicium." Ut recte Voss. Addas Hor. Sat. I. IV. 22. "Cum *mea* nemo Scripta legat, vulgo recitare *timentis.*"

Cic. Att. XI. 15. med. "*Solius* enim *meum* peccatum corrigi non potest." Frequentior apud Græcos constructio; e. g. Æsch. Ag. 1293. "Εἰπεῖν θρῆνον θέλω 'Εμὸν τὸν αὐτῆς." Hom. Od. I. 161. "'Αλλότριον ἄνερος." Arist. Acharn. 93. "Τὸν σὸν τοῦ πρέσβεως." Eur. Hec. 430. "Θανούσης ὄμμα συγκλείσει τὸ σόν."

777. Validus.] H. l. valet *sanus*.

780. Platea.] *Street.* A πλατὺς latus.

781. Exspectando.] Quod ad hujusmodi verborum scripturam pertinet, bene agit Funcc. Vir. Æt. L. L. Pars. II. Cap. VIII. "*Exspecto* et *exspolio* verba promiscue vulgo cum *s* vel sine *s* interposito scribuntur: sed plane aliud est *expecto* et *expolio* quam *exspecto* et *exspolio*. *Expecto* idem est quod pectine evello: *exspecto* autem a *specto* compositum est." Videsis Quinct. Inst. Lib. I. Cap. VII. *init.* De orthographia.

— Dolent.] *Ache.* Hæc vox ad singulas ægritudines cum animi, tum corporis æque refertur. Cistell. 59. "Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine."

787. Incedit.] Lentus ingreditur. Vide Nott. et exempla quædam, maxime notatu digna, (cum prorsus omiserit PAR: in Lex. Plaut.) semel, si tanti est, conferas. Noster, Amph. 174. "Vix *incedo inanis:* ne ire posse *cum onere* existumes." (I can scarcely *drag myself along* empty, much less if loaded.) Asin 681. "Ut tu *incedis!* Demam tuo de ordeo, *tolutim* ni badizas!" (How *sluggishly* you move!) Aul. 8. "Vide ut *incedit!*" (How she *creeps.*) [Male BOTHE, curis secundis, *ut cedit.*) Cas. 446. "Sed eccum *incedit!* At quom adspicias *tristem,* frugi censeas!" Curc. 287. "Græci subfarcinati *incedunt* cum libris." (*Stalk solemnly.*) Epid. 94. "*Tristis* est. Cum Chœribulo *incedit.*" 217. "Fundis exornatæ multæ *incedunt* per vias." (*March stately* thro' the streets.) 594. "Eccum *incedit.* Quid illi *caperat* frons severitudine?" (Nimirum quia *tristis.*) Merc. 663. "Eccam *incedit tandem!* Quin is *ocius?*"

Mil. 863. "Quam digne ornata *incedit.*" (How *demure she treads!*) Truc. 428. "Ut ornata *incedo: Puerperio* esse me *ægram* adsimulo." Apud alios rarius occurrit. Ter. Eun. V. III. 9. "Eccum *incedere* video: vide ut *otiosus* it!" Virg. Æn. I. 46. "Divum *incedo* regina." Et v. 405. "Vera *incessu* patuit dea." (Majestic gait.) Hor. Sat. II. III. 311. "Rides Turbonis in armis spiritum et *incessum.*" (Pompous strut.) Quinct. Inst. I. II. *fin.* "Orantis vocem, *incessum,* pronuntiationem." (Dignified action.) Ov. Met. II. 772. "Passuque *incedit inerti.*" X. 49. "*Incessit* passu de vulnere tardo."

789. Lariiatus.] Festus, "*Larvati* sunt furiosi, et mente moti, quasi *larvis* exterriti." Sic Anglice *Maniac,* de eo proprie dicitur, qui *manes* (h. e. larvas, spectra,) aut vidit, aut se putat vidisse. Aul. 593. "*Lariiæ* hunc atque intemperiæ agitant senem." Amph. 612. "Hæc quidem *lariiarum* plena."

— Cerritus.] *Ceres-stricken.* A *Cerere* agitatus. Amph. 611. "Quin tu hanc jubes Pro *cerrita* circumferrier." Hor. Sat. II. III. 278. "*Cerritus* fuit? an commotæ crimine mentis Absolves hominem?" (Quæ citavit LAMB.) Simill. sunt, *Panicus* a *Pan; Lunaticus* a *Luna,* ut Hor. Ars P. 454. "Aut fanaticus error et iracunda *Diana.*" Ubi *fanaticus* etiam, a *Faunis,* sive, (ut alii volunt,) a *Fanis* perculsus. (Frantic.) *Lymphaticus* a *Lymphis,* seu *Nymphis.* Vide Eur. Hippol. 140. sqq.

790. Veternus.] *Lethargy.* Dictum a *vetus;* quia sit labes *inveterata.* Citat LAMB: Hor. Ep. I. VIII. 10. "Cur me funesto properent arcere *veterno.*" (i. e. mentis torpore.) Et Virg. G. I. 124. "Nec torpere gravi passus sua regna *veterno.*" Ter. Eun. IV. IV. 21. "*Veternosus* senex." Ubi DONAT: "*Morbo vetere* confectus, i. e. *veterno:* quales sunt qui hydropem patiuntur."

— Aqua intercus.] *Water under the skin; dropsy.* Aqua *inter cutem.* Ὕδρωψ. Plaut. Frivol. *Fragm.* 2. (cit. ap. Priscian. VI.) "Is mihi erat bilis, *aqua intercus,* tussis."

— **Tenet.**] *Possesses him.* Hoc sensu Juv. Sat. VII. 51. "*Tenet* insanabile multos Scribendi cacoethes."

794. **Cura.**] "Hic sumitur pro θεραπεία medicorum. Vid. Don. ad Ter. Eun. II. III. 24. "Reddunt *curatura* junceas."" Græv. Verba in loc. cit. sunt, "Vett. Grammatici *cura* dicunt esse mentis, *curatio* medicinæ, *curatura* diligentiæ; quod discrimen non perpetuum est. Nam *cura* et *curatio* sæpe de corpore dicitur."

795. **Sexcenties.**] Frequentissimus apud Veteres hujus vocis usus, ubi *infinitum pene* numerum designare volunt. Habe ex Nostro, Bacch. 991. "*Sexcenta* tanta reddam." (A thousand fold.) Capt. 648. "*Sexcentoplago* nomen indetur tibi." (Vox ridicula, valens, *infinitas* plagas in tergo habebis.) Aul. 272. "*Sexcenta* sunt, quæ memorem, si sit otium." Persa 392. &c. Passim apud Cic. e. g. Att. II. 19. init. "Multa me sollicitant...et *sexcenta* sunt." Ib. VII. 2. init. "Venio ad epistolas tuas, quas *sexcentas* uno tempore accepi." Similiter Hor. Sat. I. v. 12. "*Trecentos* inseris! ohe!" Ubi Doer: "*Trecentos* ut *sexcentos*, numerus rotundus de magna copia."

800. **Flagiti.**] *Infamy; disgrace.* Hoc sensu Liv. XXV. 15. "*Flagitium* imperio demere." (The reproach.) Alia significatio Supra 507. 621.

801. **Regi.**] *His patron.* Vide in Nott. Sic Asin. 893. "*Regem* perdidi." Capt. 24. "Meus *rex.*" &c. Juv. Sat. I. 136. "*Rex* horum." V. 14. "Inputat hunc *rex.*" (i. e. cibum quem misero clienti præbet.) Ib. 130. "Quis vestrum temerarius usque adeo...ut dicat *regi* bibe?" Ubi de *Parasitis* sermo est.

804. **Educatust.**] *Fed; supported.* Supra 22.

805. **Condigne.**] *Like herself;* (as one would expect from such a character.) Vox Comica, qua sæpe usus est Noster, et semper

cum quadam indignatione. Aul. 416. "*Condigne* meus me gallus gallinaceus perdidit penissume!" Et cum ablat: Cas. 43. "Noctu ut *condigne te* cubes, curabitur."

812. **Ellebori.**] Vide Nott. Citat Gron: Petron. Satyr. Cap. 88. "Chrysippus, ut ad inventionem sufficeret, ter *helleboro* animum detersit." Ubi Gloss: "Quos cerebro minus sano esse significare volumus, iis *helleboro* opus esse dicimus." Adde Lucian. ΒΙΩΝ ΠΡΑΣΙΣ. 23. Οὐ θέμις γενέσθαι σοφὸν, ἢν μὴ τρὶς ἐφεξῆς τοῦ ἐλλεβόρου πίῃς. Hor. A. P. 300. "Tribus *Anticyris* caput insanabile." Juv. Sat. XIII. 97. "Si non eget *Anticyra*." &c.

— **Jugere.**] "Dicebant Vett. *juger* vel *jugus*, ut *later* et *latus*; unde in singulari remansit *jugere*, et plur. *jugera, jugerum*, &c." Gron: Lect. Plaut.

816. **Esse.**] *To eat.* Comesse. Hæc ridiculi causa ait.

— **Luteum.**] *Yellow.* Prima syll. producta, quasi a *luceo*: unde "*Lutea Aurora*," Virg. "*Lutea pellis*," Pers. &c. Alii ab herba crocea, *lutum*, ducunt. Contra *luteus*, (*muddy*,) prima brevi, est a *lutum*, cœnum.

818. **Deliramenta.**] *Delirious ravings.* Amph. 531. "Hæc quidem *deliramenta* loquitur." Isidor Orig. Lib. X. "*Delirus* mente defectus, ἀπὸ τοῦ ληρᾷν, vel quod a recto ordine et quasi *a lira* aberret. *Lira* enim est arationis genus, cum agricolæ facta semente dirigunt sulcos, in quos omnis seges decurrit." Posterior etymologia rectior est.

819. **Potionis.**] *A draught; dose.* Aliquid *quod bibat*; Supra 644. H. e. Medicamentum aliquod.

— **Percipit.**] *Gets* complete *possession of him.* Quæ est vis præpositionis. *Penitus* capit; Ter. Eun. V. v. 2. "Neque agri neque urbis odium me unquam *percipit*." ("Ubi τὸ *per*

αὐξητικὸν est." GRON.) Adde ex LAMB. Nost. Amph. "Horror membra *percipit* dictis tuis." Observat GRÆV: legendum esse "Si lac *perceperit* æstus," in Virg. Ecl. III. 98. (Non ut vulg. *præceperit*.)

820. Occidis.] Sic Juv. Sat. VII. 154. "*Occidit* miseros crambe repetita magistros." Ter. Ad. V. VII. 1. "*Occidunt* me, dum nimis sanctas nuptias student facere." &c.

— Fabula.] Vide Nott. "Sic passim usurpari verbum *fabula* vel lexica docent;" BOTHE. Qui citat Nost. Infra 975. Et Most. 907. "Quæ hæc est *fabula*?"

822. Locustam.] Citat LAMB: Aristot. Lib. II. Cap. 13. Οἱ δ' ἰχθύες, καὶ τὰ ἔντομα, (cujusmodi sunt *locustæ*,) καὶ τὰ σκληρόδερμα, διαφέροντα μὲν ἔχουσι τὰ ὄμματα, βλέφαρον δ' οὐδὲν αὐτῶν ἔχει. Et Plin. Lib. XI. Cap. 37. "*Locustis* squillisque magna ex parte sub eodem munimento *oculi præduri* eminent."

— Ignavissume.] *You idiot.* Cum alii *ignarissume* legendum conjecerint, bene observat GRON: *Ignavum* passim pro homine *nihili, ac nullius usus,* apud Nostrum poni. Cas. 132. "Te neminem esse *ignaviorem*. Unde is *nihili*?" et v. 418. "*Ignavissumis* vervecibus." Pers. 837. "*Ignaviam* num meam tu inrides?" Trin. 111. et 144. "Ille *ignavus*." (That blockhead.) Et 888. "Quid ergo ille *ignavissumus* mihi latitabat?"

825. Pro insano.] *Like a madman.* Supra 213.

826. Perdormiscin'?] *Do you sleep soundly* thro' the night? De vi præpos. Vide Supra 819.

— Cubans.] *In a recumbent posture; in bed.* Quidam enim *sedentes* dormiunt. Hoc sensu *cubans* Amph. Prol. 112. 132. &c. Nam hoc loco non habet usitatam vim *ægrotandi*, quæ est in Hor. Sat. II. III. 289. "Pueri menses jam quinque *cubantis*." Et passim alibi.

828. **Qui.**] *Utinam.* Vide Supra 356.

830. **Præut.**] Supra. 285.

837. **Cæsum virgis.**] *Scourged.* Liv. Lib. II. 36. "Servum quidam pater familiæ *sub furca cæsum* medio egerat circo." Ter. Andr. I. II. 28. "*Verberibus cæsum* te in pistrinum dedam."

— **Furca.**] Instrumentum supplicii, literam V, seu Græcam Π, figura referens: quod portandum reo in collum imponebatur: Facc. Hinc *furcifer* formatur; in qua voce Isidor. Orig. Lib. X. "Sic dicebatur, qui ob leve delictum cogebatur a dominis, ignominiæ magis quam supplicii causa, *furcam* circa viam ferre, prædicans peccatum suum, et monere cæteros ne quid simile peccarent."

839. **Pro sano.**] Supra 213. 825.

840. **Face.**] Vett. pro *fac.* Infra 912. Ter. Andr. IV. I. 57. "Me missum *face.*" Et passim.

842. **Ad me.**] *To my house.* Supra 32. Infra 846. 850.

843. **Meo arbitratu.**] *As I please.* Supra 15.

844. **Aliquos viginti dies.**] *Some twenty days.* I. e. *Circiter.* Citat Lamb: Varr. R. R. III. Cap. 1. *extr.* "Esse oportet *aliqua folia quinque.*" Adde Ter. Phorm. II. I. 7. "Fuisset tum *illos* mi ægre *aliquot dies.*" Et V. IV. 4. "Nam *aliquot hos* sumam *dies.*"

845. **Pendentem.**] Allusum ad consuetudinem servos, dum suspensi *penderent*, castigandi. Huc pertinet Ter. Phorm. II. II. 43. "Tu jam lites audies; Ego *plectar pendens.*" Glossam præbet Nost. Asin. 285. sqq. "Ad pedes quando adligatum est æquom centupondium, Ubi manus manicæ conplexæ sunt, atque adductæ ad trabem: Nec dependis, nec propendis, quin......"

847. Ut.] *According as.* Supra 660. "*Ut* ætas mea est."

851. Socerus.] Id. qu. *Socer.* Habet iterum Noster Cas. 644. "Meus *socerus*, conpar, conmaritus, villicus!"

854. Cœpio.] *Am the first to begin.* Minus usitatum. Trucul. 207. "Alium quæstum *cœpiat.*" Persa 121. "Lubido extemplo *cœpere* est convivium."

856. Perperam.] *Falsely.* Amph. 92. "Nunquam quidquam verborum est prolocutus *perperam.*" Ter. Phorm. IV. vi. 18. "Eo *perperam* olim dixi." &c.

860. Spectamen.] *A proof of; a test.* Probatio. Δοκιμασία. Hor. Ep. I. i. 2. "*Spectatum* satis." i. e. probatum. Virg. G. I. 197. "Multo *spectata* labore." Æn. VI. 687. "Pietas *spectata* parenti." (Tried and approved.) Ter. Andr. I. i. 64. "*Spectatum* satis." V. i. 1. "*Spectata* amicitia." Ov. Met. XIII. 120. "Quid verbis opus est? *spectemur* agendo." Noster Merc. 313. "*Spectati* viri." &c.

865. Modestum.] *Discreet; prudent.* Curc. 199. "Auro contra cedo *modestum* amatorem."

868. Conpedes.] *Fetters.* Supra v. 4.

871. Bonum esse.] Ita Cist. 349. "Nunc mihi *bonæ* necessum est *esse* ingratiis." (Now I must *be good*, whether I will or no.) Pers. 476. "*Bonus* volo jam ex hoc die *esse.*"

— Certum est.] *I am resolved.* Cist. 370. "Hanc, ut habeo, *certum est* non amittere." &c.

873. Præhibeo.] *Præbeo.* Supra 704.

874. Sedate.] *Soberly; steadily.*

877. **Culpam abstineam.]** *Avoid,* (or, keep off,) *blame.* Quo præcipue sensu cum *accus:* construitur verbum *abstineo.* Hor. Sat. II. iii. 202. "*Abstinuit vim* uxore et gnato." Noster Rud. 336. Amph. 184. 738. "*Abstinere manum.*" 761. "Quando factis *me* inpudicis *abstines.*" (acquit me.) Cic. Att. III. 7. "Vix *abstineam manus* a me." Alio sensu Supra 671. "*Abstinent culpa.*" qu. vid.

878. **Metuont.]** *Guard against blame.* Sensu proprio; quem bene exhibet locus Ciceronis, Orat. in Quintio. *exord:* (citat: apud Funcc. Vir. Æ. L. L. Pars II. C. viii. §. 21.) "Quæ res in civitate duæ plurimum possunt, hæ contra nos ambæ faciunt, summa gratia et eloquentia. Quarum alteram *vereor,* alteram *metuo.*" "Differentibus" ait Funcc: "verbis utitur; *vereri* enim *pudoris, metuere* autem *periculi* est. Quam ob rem Cicero statim subjungit: *Eloquentia* Q. Hortensii ne me dicendo impediat, nonnihil commoveor: *gratia* S. Nævii ne Quintio *noceat,* id vero *non mediocriter pertimesco.*"

879. **Utibiles.]** *Serviceable.* Utiles. Cist. 9. "Nos *utibiles* haberi." Mil. 609. "Magis ad rem esse non potest *utibilius.*" Ter. Phorm. IV. iv. 9. "Quid minus *utibile* fuit?"

880. **Promeritum.]** *Deserved; incurred.* Notat Lamb: *promeritum* hoc loco *passive* positum esse: et in *malam* quoque *partem;* quod minus usitatum. Exemplum citat ex Amph. 414. "Quid mali sum, here, tua ex re promeritus?" Observat Donat: in Ter. Hec. III. v. 37. *Mereri,* (et *promereri,*) ad bona, *commereri* ad mala referre: et citat Æn. IV. 333. "Quæ plurima fando Enumerare vales, nunquam, Regina, negabo *Promeritam.*" Vid. Infra 965.

881. **Prope est.]** Simile est, (quod notat Lamb:) Ter. Andr. I. i. 125. "*Prope adest,* cum alieno more vivendum est mihi." Et Græcum πάρεστιν ὅτε, ἐγγύς ἐστιν ὅτε. Adde Ter. Hec. IV. i. 28. "*Jam aderit,* se quoque cum oderit." Cic. De Or. I. "Ac *fuit* quidem, cum."...Ubi addunt nonnulli ex glossem: *Tempus illud.*

883. Eo exemplo.] *After that fashion; so.* (With this rule for my guide.) Valet id. qu. *eo modo:* et sæpe apud Nostrum hac significatione occurrit. Epid. 657. "*Quot* illic hodie me *exemplis* ludificatust." (In how many ways.) Merc. 222. "Miris *exemplis* somnia in somnis danunt." (After strange fashions.) Et 261. "Verum *ad hoc exemplum* nunquam." i. e. in hunc modum. Ter. Phorm. IV. IV. 7. "Ut te di *malis exemplis* perdant!"

— Tergi in rem.] *To the interest of my back.* Vide Supra 864. Ter. Phorm. III. III. 9. "Ego, quæ *in rem tuam* sint, ea velim facias."

890. In medicinam.] Sic Amph. 848. "*In medicinis,* in tonstrinis." Epid. 189. "*Per medicinas,* per tonstrinas." Ita Græce, Aristoph. Ἐκ τῶν ὀρνέων. (from the bird stalls.) Παρὰ τοὺς ἰχθυας. (near the fish market.) &c. Vide Nott.

— Sublimis.] Infra 893. 900. 950. Sic Ter. Ad. III. II. 18. "*Sublimem* medium arriperem, et capite pronum in terram statuerem." Nost: Amph. 201. "Faciam hodie te *superbum!* S. Quonam modo? M. *Auferere,* non abibis, si ego fustem sumsero." Adde ex Lamb: Asin. 842. "Quin tu illunc jubes ancillas rapere *sublimem* domum." Et Ter. Andr. V. II. 20. "*Sublimem* hunc intro rape."

894. Illi.] *There.* Pro *illic.* Supra 223.

901. Suppetias ferre.] *To bring me aid.* Epid. 645. "Memento *suppetias* mihi cum sorore *ferre.*" Mil. 1040. "Nisi tu illi *fers suppetias.*" Aliquando absolute sumtum, ut *Inficias,* v. 305. Infra 918.

902. Epidamnii.] Vide in Prol. 33. et Supra 175.

903. Luci.] *In broad daylight.* Vet. ablat. Amph. 10. "Me *luci* mittere potuit." Cas. 633. "Veniamus *luci.*" Merc. 251. "Cum *luci* simul." Cist. 249. "Primo *luci.*" Vide Supra 310.

906. Insignite.] *Such* signal *outrage*. *Insignite,* cum ignominia, notat SARACEN. Nam *insignis* etiam in malam partem capitur, ut *insignis latro.* &c. Sic Rud. 997. "Imo hercle *insignite* inique."

907. Subvenibo.] Pro *Subveniam*. Vide Supra 295.

909. Eripe oculum.] *Tear his eye out.* Rud. 663. "Quas si attigeris, *oculos eripiam tibi.*"

910. Pugnos obseram.] *Plant my fists.* Vide in 658.

911. Malo vostro.] *At your peril.* Vide in v. 57. Supra. Sic Asin. 393. "Næ tu hercle cum *magno malo* mihi obviam obcessisti." &c.

912. Face.] *Fac.* Supra 840.

— Locus.] Vide Nott. et adde, Ov. Met. XIII. 561. *sqq.* "Digitos in perfida lumina condit,...fœdataque sanguine sonti, Non lumen, (neque enim superest,) *loca luminis* haurit."

913. Periimus.] *Murder!* *ἀπωλόμεσθα.*

914. Obsecro, hercle!] *Mercy! For God's sake!* PAR: *Lex. Plautin.* "Formula eorum qui vapulantes deprecantur." Et citat, Asin. 392. Ter. Eun. IV. IV. 2.

— Quid me tactio est?] *What business have you to assault me?* Frequentissima apud Nostrum locutio. Aul. 374. "*Quid tibi nos,* homo mendice, *tactio est?*" Curc. 620. "*Quid tibi istum tactio est?*" Pœnul. 1164. "*Quid hanc tibi* digito *tactio est?*" &c.

915. Pecte pugnis.] *Dress 'em well with your fists.* "Mulcta eos pugnis." PAREUS. Metaphora: cui similem confert GRUTERUS, *Exornatum,* et *depexum,* apud Ter. Heaut. V. I. 78.

Habet Noster Capt. 829. "Fusti *pectito.*" Pœnul. 227. "Ne tu hunc *pugnis pectas.*" Rud. 563. "Leno *pugnis pectitur.*" Simill. confert Kiessl: (πλύνειν, νίπτειν, σμήχειν, λέπειν,) in Theocr. Idyll. V. 119. Ὄκα μάν πόκα τεῖνδέ τυ δάσας, Εὐμάρας ἐκάθηρε.

917. Ora conmentavi.] "Recte interpretatur Acidal: ora verberibus conscribillare, tanquam librum commentarium literis. Bene etiam Grut: *Commentare* est raptim et sine ordine aliquid memoriæ causa indistincte annotare. [To *scribble* hastily.] Sic et Noster Pseud. 538. sq. "Quasi in libro cum scribuntur calamo literæ, *Stilis* me totum usque ulmeis *conscribito.*" Citat præterea Serv: Æn. I. ex Plauto, (Fragmm. incertt. 42.) "*Corpus tuom virgis inscribam.*" Stat: Theb. xi. de equo vulnerato: "Arvaque sanguineo *scribit* rutilantia gyro." Quibus addit Gron: Catull. 22. "Ne laneum latusculum natesque mollicellas Inusta turpiter tibi *flagella conscribillent.*" Ducta hæc a Græcis, quibus similiter usurpantur γράφειν, et ab hoc alia verba derivata." Bothe.

— Ex mea sententia.] *Just as I could wish.* Supra 190.

920. Absque te esset.] *But for you.* Nisi tu mihi subvenisses. Gron: Lect. Plaut. "Formula elegans et compendiosa per intellectum τοῦ *si*; idem significat quod *nisi tu fuisses, nisi tu intervenisses,* in utramque partem bonam et malam. Ter. Phorm. I. iv. 11. "Nam *absque eo esset,* Recte ego mihi vidissem." Nost. Capt. 686. "*Absque hoc esset.*" Pers. 823. "Nam hercle *absque me foret,* et meo præsidio."..."

— Solem occasum.] Vide Supra 342.

921. Emittas manu.] *Give me my freedom.* Infra 941. Libertate donabis. Aliquando absolute *emitto* hoc sensu occurrit. Ter. Ad. V. vii. 19. "Haud dubium est, quin *emitti* æquum siet."

Infra 953. "*Amisisti* liberum." Aul. 770. "Orabo ut *manu* me *mittat.*" Hinc *manumitto, manumissio.*

924. Non taces?] "Formula mentiri visum vel inepte locutum corripientis." BOTHE. Qui confert, Merc. 473. "*Non taces?* Cave tu istuc dixis." Et Trin. 481. "*Etiam tu taces?*"

930. Gaudeo.] Συγχαίρω. Formula est gratulantis in alterius rebus secundis. Rud. 1270. "Quom istæc res tibi ex sententia pulcre evenit, *gaudeo.*" (I give you joy.)

932. Apud te.] *At your house.* Supra 218. &c.

934. Obsignatum.] *Sealed up.* Amph. 264. "In cistula, Amphitruonis *obsignata* signo est." Ibid. 619. &c.

939. Mira sunt.] Supra 272. Infra 1002.

945. Nihilo secius.] *No otherwise. Secus* compar: *secius.* Alii vero aliunde ductum volunt. Videsis in Virg. G. III. 367. "Interea toto *non secius* aere ningit."

946. Suscenset.] *Is in a pet.* Aliter scriptum *succenset.* Nostram verbi formam passim apud Terent: dedit Bentleius. Ita *suscipio,* et *succipio,* leguntur.

950. Ferebant sublimem.] Supra 890.

952. Ingratiis.] *Against their will.* Iis invitis. ἀέκητι. Plerumque apud Nostrum absolute, adverbii loco, sumitur; sed, quia sæpe cum pronomine jungatur, volunt eruditi, ait Pareus, non esse adverbium. Multa ille citat exempla: e quibus pro glossa erit Cist. 349. "Nunc mihi bonæ necessum est esse *ingratiis, Quamquam esse nolo.*" Amph. 215. S. "Non edepol volo profecto. M. At pol profecto *ingratiis.*"

954. Quantum potest.] Supra 340. 449.

955. **Præcucurristi.]** Verba composita a *curro* non raro apud Nostrum reduplicationem, (quæ alibi inusitatior est,) in præterito capiunt. Cist. 436. Ad*cu*currimus. Merc. 197. Oc*cu*curri. Ib. 219. et Amph. 631. Præ*cu*curri. &c.

— **Inficias eas.]** De hac phrasi, Vide Supra 305.

957. **Mepte.]** *Myself.* Meipsum. Sic *meopte, suopte, tuopte,* dixerunt Vett. Ter. Phorm. V. II. 1. "*Nostrapte* culpa facimus." Noster Most. 151. "Id *meopte* ingenio reperi."

964. **Nisi piget.]** Supra 690. *Nisi nevis.* qu. vid.

965. **Promeruisti.]** Infra 998. Vide Donat: cit: v. 880.

971. **Inprudens.]** Vide Supra 326. Et confer Epid. 714. "Ignoscas, si quid *inprudens* peccavi."

972. **Delirare.]** *To be beside yourself.* Vide Supra 818. Ter. Phorm. V. VIII. 8. "*Delirat* miser timore."

979. **Suspico.]** Vetus forma pro *suspicor.* Noster Cas. 285. "Ne malitiose factum *suspices.*"

985. **Illic.]** *Ille.* Prol. 57.

— **Sycophanta.]** *An impostor.* Supra 177.

987. **Lacte.]** "Pro *lac.* Nominativo casu:" Nonius: qui citat Ennium, Cæcilium, aliosque veterum Scriptorum. Exemplum habe ex Nostr. Mil. cit. in Nott.

997. **Operam dare.]** *Do me a favor.* Supra 565.

999. **Servibo.]** *Serviam.* De hac forma, Supra 295. Merc. 536. "Antiqua recolam, et *servibo* mihi."

1000. **Duo.]** Antiqu: pro *Duos*. Capt. 42. "Istos captivos *duo*." Epid. 178. "Vetulos *duo*" Ita *ambo*, pro *ambas*, Cist. 254. &c.

1008. **Conveniunt.]** *Tally*. Infra 1028. *Convenit*. Ter. Phorm. I. II. 3. "*Conveniet* numerus, quantum debui."

1014. **Septuennis.]** Supra Prol. 24.

1015. **Postilla.]** *Since then*. Supra 256.

1025. **Renuntiatum.]** De vi particulæ Vid. Supra 327.

1032. **Hoc erat.]** *This was the reason*. Confert LAMB: Virg. Æn. II. 664. "*Hoc erat*, alma parens, quod me per tela, per ignes Eripis?" (Was it for this?)

1033. **Vocat.]** *Invited*. Præsens loco præteriti. Citat BOTHE Amph. 503. "Gravidam illanc reliqui, quom *abeo*."

1038. **Aibat.]** Supra 536.

1045. **Perpetuo.]** Notissima hujus verbi significatio, quam optime exemplis confirmaveris. Merc. 371. "Salvos sum, siquidem isti dicto solida et *perpetua* est fides." (That may be relied on.) Cist. 193. "Nihil est *perpetuom* datum." Curc. 187. "Nulli est homini *perpetuom* bonum." Ter. Ad. V. VII. 15. "Utinam hoc *perpetuum* fiat gaudium." (i. e. Nusquam interruptum: DONAT.) Hec. III. III. 46. "O fortuna, ut nunquam *perpetua* es data!" et IV. IV. 14. "Affinitatem hanc *perpetuam* volo." Hor. Ep. II. II. 175. "*Perpetuus* nulli datur usus." (*Uninterrupted* enjoyment.)

1048. **Auctionem.]** De hoc verbo LAMB: "*Auctio*, inquit Fulgentius, dicitur venditio, quasi quod et ementem *augeat*, et vendentem. Imo vero dicamus *auctionem* eo dictam esse, quod *ab emptoribus* et licitatoribus *pretium* rerum venalium, et earum quarum fit auctio, *augeatur*."

1050. Præconium.] GRON. Lect. Plaut. "*Præconium dare alicui,* est præconis munus et operam alicui delegare. Est enim vox sua natura adjectiva, ut a *caupo, cauponius,* et significationem habet pro intellecto substantivo. *Præconium* scil. *munus* dare, deferre. Cic. Att. XIII. 12. "Ligarianam præclare vendidisti; posthac quicquid scripsero, *tibi præconium deferam.*" "' Vocat Juv. Sat. VII. 10. "*Commissam auctionem,*" quia præconi committitur.

1051. Die septimi.] 'Αρχαϊχῶς pro *Die septimo;* Dixerunt enim Vett. *Die crastini,* et *die crastine, die quinti* et *die quinte,* ac simill: Persa. 257. "Mercatum dixit *die* esse *septimi.*" A: GELL: X. 24. "*Die quinti* pro adverbio copulate dictum est, et *secunda in eo syll. correpta.*" [Vide in Nott. Critt.] Tum citat solennia Prætoris verba, *Die Noni Pop. Rom. Quir. Compitalia erunt:* "Ubi *die noni* prætor dicit, non *die nono.* Neque prætor solum sed pleraque omnis vetustas sic locuta est. Cæcil: Hist. Lib. II. "*Die quinti Romæ curabo tibi cœna sit cocta.*" *Die pristini* quoque eodem modo dicebatur: quod significabat *die pristino* i.e. priore. Atque item simili figura *die crastini* [Nost. Most. 881.] dicebatur. i.e. *crastino die.* Sacerdotes quoque cum condicunt in diem tertium, *diem perendini* dicunt. Ita M. Cato in oratione contra Furium *die proximi* dixit." Citat LAMB: in loc. Mostell. Non: Cap. II. 650. "*Proximi,* i.e. proximo: ea declinatione a veteribus et *crastini,* et *pristini,* et *præpristini* dictum." Intelligitur, (ait GRON:) in his omnibus ἐλλειπτικῶς τὸ *solis;* ut integre sit, *Die septimi solis.* &c.

1052. Mane septimi.] *On the morning of the seventh.* A. Hirt. Bell. Afr. Cap. 42. "Quum milites a *mane diei* sub armis stetissent." Vide in voc. præced.

— Sane.] *Without fail.*

1053. Supellex.] De hac voce Vide Supra 313.

1054. Quiqui licebunt.] *For whatever they will fetch.* Vide Supra 449. *Quiqui* autem est ablat. vet. pro *quoquo.*

— Præsenti pecunia.] Cic. Att. II. iv. "Pro ea tibi *præsentem pecuniam* solvi imperavi, ne tu expensum muneribus ferres." Vide Nott.

1056. Quinquagesies.] *Five million sesterces.* Pro *quinquagies.* Hoc est, *Quinquagies centena millia* sestertiorum nummorum. Circa £40,000. Angl. Cum enim numerali *adverbio* usus est, supplendum *centum millia.* Contra, si *adjectivo* usus esset *quinquaginta,* tum *millia* tantum erat subaudiendum.

INDEX

VERBORUM MEMORABILIUM.

A.

B.

H.

I.

